ALPHABETUM TANGUTANUM *SIVE* TIBETANUM.



ROMAE MDCCLXXIII.

TYPIS SAC. CONGREG. DE PROPAG. FIDE

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30542789

CLEMENTI . XIIII. P. O. M

SANCTAE . ET . VNIVERSALIS . ECCLESIAE . ANTISTITI

PROPAGATORI . RELIGIONIS

DOCTORI . IVSTITIAE

ATQVE . ORBIS . MAGISTRO

CVIVS . SAPIENTIAE . ET . VIRTVTIS . FAMA

ORIENTALES . POPVLI . AB . ERRORVM . LABE

AD . ROMANAM . FIDEM

CONVERTVNTVR

ALPHABETVM . TIBETANVM

QVO

IN . INDICIS . REGIONIBVS

SACRVM . CHRISTI . NOMEN

SERAPHICAE . PROLIS . MINISTERIO

CELEBRATVR

QVODQVE . NVNC . TYPIS . SACR. CONGR. DE . PROPAG. FIDE

IN . COMPENDIVM . REDACTVM

RVRSVS . EDITVR

STEPHANVS . BORGIA

A . SECRETIS . SS. CONGREGATIONIS

OB . ILLVSTRIA . MERITA . AC . MVLTA . IN . SE . BENEFACTA

SANCTISSIMO . ET . INDVLGENTISSIMO . PRINCIPI

ANIMO . LIBENS

DEDICAT

LECTORI ERUDITO

IOHANNES CHRISTOPHORUS AMADUTIUS
Praeſes Typographiae Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

QVibus una ſerie, unoque volumine plura variarum exoticarum Linguarum Alphabeta comprehendere placet, eorum, tum etiam Apoſtolicorum Praeconum gratia, quibus in itinere veluti enchiridion ſit, Tibetanum Alphabetum nunc in compendium redigi, preloque cudendum curavimus. Hoc onus in ſe ſuſcepit Vir religioſiſſimus, & de Apoſtolicis Miſſionibus longe benemeritus, tum Tartarorum idiomatum peritia maxime praeſtans Caſſianus Beligattius Maceratenſis, Franciſcanae Capuccinorum Familiae Alumnus, quo dirigente, & ſuppetias ferente, prodiit quinetiam egregium ſane opus, & immortale, quod Alphabetum Tibetanum *inſcriptum eſt, & cui* praemiſſa eſt diſquiſitio, qua de vario litterarum, ac regionis nomine, gentis origine, moribus, ſuperſtitione, ac Manicheiſmo fuſe diſſeritur; *tum* Beauſobrii calumniae in Sanctum Auguſtinum, alioſque Eccleſiae Patres refutantur. *Anno ſcilicet* CIↃIↃCCLXII. *typis noſtris Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Opus hoc publici iuris factum eſt, atque*

Auctorem habet Virum Cl., & omnigena eruditione praeclariſſimum, quem fruſtra pro meritis commendare nunc enitar, Auguſtinum Antonium Georgium Eremitarum Auguſtinenſium Procuratorem Generalem, & pluribus aliis in Urbe muneribus, iiſque graviſſimis commendatiſſimum, qui praeter primores grammaticas res naviter expenſas, & cum ceteris Orientalibus linguis ſummo ſtudio, & incredibili peritia collatas, impia Tibetanorum dogmata ad Eccleſiae, & Patrum oracula exigere, tum eorum propagines veluti digito monſtrare, ac tandem miro doctrinae apparatu Manicheorum errores, quos in Tibetum irrepſiſſe, ipſum citra omnem dubitationem demonſtraſſe, cordatiores uno ore fatentur, iiſque faventes Beauſobrii Calviniani hominis, & in Sanctos Eccleſiae Patres intolleranda confidentia iniurioſiſſimi opiniones, ſive potius opinionum portenta refutare, ac convellere ſategit.

II. Longus eſſem, ſi litteratorum hominum plauſus, & commendationes heic recenſere mihi nunc mens eſſet; quemadmodum nec quidquam mihi nunc laborandum puto de iis, quae ſive carpendi libidine, ſive invidia potius in Ephemeridibus Litterariis Pariſienſibus (a) *inſerenda curavit Cenſor quidam horum ſtudiorum omnino igna-*

(a) *Gazette Littéraire de l'Europe a Paris* 1764. *Tom. II. pag.* 262.

ignarus; cum praeſertim iiſdem ipſe iam ſatisfecerim litteris datis Litterati Romani nomine ad Cl. Virum Iohannem Lamium, quas in Florentinis Ephemeridibus (a) *ab ipſo concinnatis relatas voluit: tum nonnulla etiam diluere tentaverit Marcus Vbaldus Biccius, qui me in hac Typographiae cura praeceſſit, in adnotatione, quam huiuſce Operis fronti ſubdidit in Indice, qui anno* CIↃIↃCCLXV. *ab ipſo editus eſt Librorum omnium, qui ex Typographia noſtra prodierunt. Ceterum accepimus non ita pridem Berolini vulgatum Opus tribus voluminibus comprehenſum, Auctoris nomine compendiarie ſubnotato, quo philoſophice Americanorum mores expenduntur* (b), *& quo nonnulla Georgio noſtro nec vere, nec ſolide obiiciuntur, quod nempe Beauſobrium nimis acriter caſtigaverit, plerorumque Tibetanorum Regum chronotaxim improbabilem dederit, & Horatio Oliverio Pinnabillenſi Capuccino, & Miſſionum Apoſtolicarum in Tibeto Miniſtro, ceteriſque eiuſdem Sociis nimis credulus fuerit, quos tamquam impoſto-*

(a) *Novelle Letterarie di Firenze dell' anno* 1765. *num.* 6., *e ſegg.*

(b) *Recherches Philoſophiques ſur les Américains, ou Mémoires intéreſſant pour ſervir à l' Hiſtoire de l' Eſpèce humaine. Par Mr. de P. A Berlin chez George Iacques Decker Imp. du Roi* 1770. *in* 8. *Tom. II. Litt. II.*

poſtores nulla ratione, nullis argumentis, nulliſque teſtimoniis, ſed ſola confidentia, ac malitia ſuffragante proſcindit, qui Italis fucum facere, iiſque ſupponere Magnorum Lhamarum Diplomata, & ſuas cum ipſis conſuetudines potuerint. His ſane non integra, nec omnino perſpecta notione perceptis nihil nunc reponere praeſtat; quamvis non dubitemus, Georgium noſtrum, poſtquam cuncta probe noverit, numquam commiſſurum, ut intacta, quae ad ſuam ipſius fidem, & Congregationis honorem pertinent, relinquantur; qui nimirum ſolide ſit oſtenſurus, non mitius agendum cum homine, qui Sanctos Eccleſiae Patres, & Magnum Auguſtinum praeſertim conviciis proſcindere non dubitet; vetuſtiorum Tibetanorum Regum obſcuram ſeriem, quam habuit, ſe dumtaxat praebuiſſe, tum nihil ex ea imperfecta licet, nihilque ex pleniore, quam det Cenſor, ſi poteſt, quod ſuo ſyſtemati adverſetur, erui poſſe; ac tandem Berolinenſem hominem iniurium nimis eſſe Miſſionariorum Apoſtolicorum integritati, ac fidei, quibus Diplomata ſupponere, ac nugas, & mendacia comminiſci religio non ſit, tum Congregationis ipſius Praefectorum, ac Procerum vigilantiae, & ſapientiae, Romanorumque Scriptorum ſagacitati, & ingenio detrahere, quibus fucum fieri, vel quibus falſa, incredibilia, atque dolo malo conficta propinari in tanta rerum luce, & critices culmine tam facile poſſint. Ceſſit iam Septentrioni rurſus, quae

in

in Italiam, ſedem non ſuam, Gothorum barbaries; ac ſtupiditas inauſpicato irrepſerat, nec nos tam bardos extraneus homo exiſtimet, quibus ſtruere inſidias, ac fallacias ingerere tam facili negotio quiſquam poſſit. Novimus haec etiam Anglos Cenſores aliòs obieciſſe (a), *quos a Caſſiano noſtro Maceratenſi heic indicatos, & revinctos deprehendes* (b); *ſed & Anglos, & Berolinenſes omnes Romam invitamus, quibus ſuis contrectanda manibus, & oculis luſtranda tradere ſpondemus Diplomata ipſa autographa, ſericis flavis velis, ut mos eſt ſupremae Aulae Tibetanorum, deſcripta, ac Magni Lhamae ſigillo munita, quae ex dono Cl. Praeſulis Stephani Borgiae a Secretis Sacrae Congreg. in Bibliotheca Collegii Urbani cunctis conſpicienda ſervantur, quibuſque nemo niſi per ſummam iniuriam, aut irrationabilem pervicaciam repugnet. Sed mittamus ſycophantas.*

III. *Regni Tanguti, ut incolis audit, ſive Tibeti, ut ab advenis vocatur, cui Miſſionibus Apoſtolicis excolendo Alphabetum, quod edimus, inſervit, chorographiam tradere nunc omittemus, cum Cl. Georgius noſter hanc ſpartam ita abunde exornaverit, ut ad ipſum Lectores, quibus*

(a) *Iſtoria generale de' Viaggi &c. To. XXVII. §. III pag. 290., & ſeq. in notis.*

(b) *Cap. III. pag. 24., & ſeq.*

bus haec noſcere placeat, amandare ſatius ſit. Ceterum compendioſe dumtaxat monere praeſtabit, totum Regnum claudi ab Ortu Sinorum Imperio, & Tarcenton; ab Auſtro Regnis Bengala, Lotenkè, Altibary, Mon, Brukpà, Lhobà, Lhokhaptrà, Sciapadò, Bhà, de quo ultimo lis eſt cum Babenſibus; clauditur ab Occaſu Caſimiriis, parte Regni Mogol, Nekpal, Morongà; a Septentrione magna Tartaria, Usbek, Caſchar, Ionkar ad Iarchend uſque, & Cokonor. His igitur terminis ſane ampliſſimis continetur Tibetanorum ditio, & Buddiſtica ipſa Religio, quae tamen litteris, & linguae Tibetanae coniungitur, licet citra litteras, & linguam hanc etiam latiſſime extra Tibetum porrigatur.

IV. De nefanda quinetiam huiuſce Gentis ſuperſtitione ſi dicerem, actum agerem; cum nimirum & has partes Georgius noſter ſumma cum laude impleverit. Illud dumtaxat innuemus, princeps Tibetanorum Numen, cui ſupremum cultum deferunt, eſſe Buddam, ſive Xacam, quem ſi ſeniorem ſpectes, ad Oſiridis exemplum effictum videas, ſi vero iuniorem conſideres, totum fere ad Chriſti Ieſu vitam conformatum, ſed tamen tum ex Gentilium Indorum fabulis, tum ex Manicheorum deliramentis, & ſordibus foedatum magno cum horrore deprehendas. Cetera, quae huic Numini tribuuntur, quaeque ab eo manare comminiſcuntur, ſciens praetereo, & ad Georgium noſtrum digitum intendiſſe ſat habeo.

V. De

v. De Tibetanis litteris aliqua nunc praefanda a me eſſent; unde nimirum profectae, quid commune habeant cum ceteris, & quis earum uſus, & cultus quinetiam apud Tibetanos obtineat. Quare nonnulla ex Georgii noſtri Opere delibabimus, quae illud conſulere non vacantibus praeſto ſint. Theophilus Sigefridus Bayerius in ea eſt opinione, ut eas ab Indis una cum numerorum figuris derivatas cenſeat, quod tamen in dubium revocat Georgius, qui potius eaſdem a Syris petendas exiſtimat. Is nempe naviter, ac ſedulo cum iis, quas Syri Eſtranghelas *appellant, ipſas conferens affinitatem quamdam inter utraſque deprehendit; quemadmodum nonnullas etiam ad Syro-Neſtorianas, aut Aethiopicas, tum & ad Samaritanas, & Aegyptiacas accedere animadvertit. His adde, Tibetanas voces, eodem Georgio obſervante, ſaepius cognatas eſſe Hebraicis, Aegyptiis, Aethiopicis, Chaldaicis, Syris, Indicis, & Sinenſibus; quod nimirum hominis, qui tria Ennii corda terque, quaterque ſuperaverit, peritiam, & ſtudium ſane mirificum prodere, nemo non videt. Duplex vero eſt Tibetanis ſcripturae genus, Magicum unum, quo non uni tantum Magiae ſtudioſi, ſed & ipſi litterati viri in quibuſdam tum peregrinis vocibus, tum nonnullarum etiam precationum formulis conſcribendis utuntur; commune alterum, quod duplici ſcripturae forma, maiori nimirum, & minori exprimitur. Prioris formae characteres, Lhamis iudicibus, uni fere*

fere neceſſarii putantur, qui proinde དབུ་ཅན་ Ucèn, *capitales nempe, & maximi vocantur, quod ſcilicet ad liberales diſciplinas, & ad Religionis dogmata percipienda viam ſternant. Alterius vero formae characteres parum, aut nihil neceſſarii exiſtimantur, atque idcirco* དབུ་མེད་ Umin, *ideſt non capitales nuncupantur, quandoquidem ſine iis aditus ad profanam, ſacramque eruditionem pateat. Harum litterarum uſus in epiſtolis familiaribus, ſyngraphis, aliiſque privatis adverſariis exarandis potiſſimum conſpiciendus venit. Nos vero de characteribus* Ucèn, *maioribus nempe potiſſimum laboramus, quibus nimirum id unum curae ſit, quod praeſertim graviſſimo Religionis negotio promovendo conducit. Minorum tamen formas neque Georgius in fuſiori ſuo Opere, nec Caſſianus Maceratenſis in hoc Compendio, ad quae Lectorem noſtrum amandamus, ne crambem recoctam reponamus, intactas reliquerunt. Illud tamen non omittam, tamquam quid ſacrum apud Tibetanos eorum Alphabetum cenſeri, cum nimirum ipſi vaniſſima opinione teneant, eidem a novo Budda tum nomen ipſum, tum etiam quamdam divinitatis particulam acceſſiſſe.*

VI. *Antequam finem facio, illud etiam monebo, ſuperiori dumtaxat ſaeculo Tibetana elemen-*

men-

menta minora Europeis Regionibus innotuiſſe ex Syngrapho Regis Buttanenſium, quod Thomas Hydeius in Appendice ad Hiſt. Relig. veterum Perſarum exhibuit. Theophilus Sigefridus Bayerius tamen primus fuit, qui haſce ſcripturas interpretandas aggrederetur. Tum maiora etiam elementa apparere coeperunt in Hiſtoria Genghizcani, *quam anno* CIↃIↃCCX. *edidit Petrus Croixius, tum luculentiora in* Mercurio Gallico *anni* CIↃIↃCCXVIII. *prodierunt. Dein anno* CIↃIↃCCXXI. *inter rudera in Tartaria ad Mare Caſpium Codices nonnulli in auras educti ſunt, hiſce Tibetanis characteribus inſcripti, qui poſtea iuſſu Petri Ruſſorum Regis ex autographo ipſo elegantiſſime aureis, argenteiſque litteris excepti, & ubique gentium vagantes, rei novitate cunctos omnium nationum Litteratos valde commoverunt. Hinc eorum characterum ectypum aenea Tabula expreſſum anno ſequenti dederunt Acta Eruditorum Lipſiae, atque heic ipſi Tibetani aperte omnino dicti ſunt. Hanc vero Tibetanae ſcripturae Tabulam interpretati dein ſunt Fourmontii Fratres Viri doctiſſimi, quemadmodum in* Muſeo Sinico Bayerii Tom. I. *cernere eſt. Aſt accuratiorem interpretationem huius Tabulae, quin & alterius, Magica continentium dedit Cl. Georgius noſter Appendice* III. *poſt Alphabeti Tibetani Partem alteram. Tum laudato anno* CIↃIↃCCXXII. *edita ſunt in citatis Actis* Elementa Linguae Tangutanae ex Muſeo Maturini Veyſierrei La-

La-Crozeii, *ut nihil nunc dicam de iis, quae Nicolaus Vitſenius in editione prima* Orientalis, & Septentrionalis Tartariae *protulerat, quae La-Crozianeis exemplaribus longe deteriora quiſque deprehendat. Qui vero integriora, ac caſtigatiora elementa haec propoſuit, fuit laudatus Bayerius, qui a Samuele Coeleſerio monitus eadem exactiora dein propoſuit, tum anno* CIↃIↃCCXXXI. *de hoc argumento nonnulla etiam adtexuit novis obſervationibus, quas in* Orthographiam Mungalicam *conſcripſit. Maiora tandem praeſidia, & incrementa Tibetanae litterae a Bayerio ipſo ſenſerunt, cum Alphabetum Brahmmanicum, Mungalicum, & Tangutanum Meſſerſchmidio Gedanenſi inter Sinas excuſum rurſus edidit in Tom.* III., *&* IV. *Actorum Academiae Petropolitanae.*

VII. Neque tamen factum eſt ex omnibus praeclaris huiuſmodi magnorum Virorum conatibus, ut pro Tibetani idiomatis illuſtratione quidquam amplius deſideraretur. Advecta enim Romam Miſſionariorum Apoſtolicorum ex Franciſcana Capuccinorum Familia harum litterarum exempla probatiſſima perſpicue ſatis docuerunt, quanta adhuc incomperta, & inconcinna accuratiori Scriptore indigerent. Hinc ex harum litterarum formis, quas communicavit Horatius Oliverius Pinnabillenſis, quem ſupra laudavimas, quique annum agens LXV. *in Patanae Civitate anno Chriſti* CIↃIↃCCXLVII. *diem ſupremum*

obii

obiit (ut ex duplici emortuali elogio marmore inſculpto, altero ab eius Sociis Latine, altero Brammhanice a Balgobinda quodam vernaculae linguae Praeceptore, quod Georgius noſter (a) publici juris fecit) Ludovicus Belluga ampliſſimus S. R. E. Cardinalis, cui immortales gratias & Congregatio Propagandae Fidei, & Litteraria Reſpublica debent, typos ſculpi, & conflari mandavit anno CIƆIƆCCXXXVIII. *per Antonium Fantautium; quos adhuc intactos videns Vir clariſſimus, & numquam a me ſatis tum laudandus, tum lamentandus Conſtantinus Ruggerius huius Typographiae Praeſes benemerentiſſimus, auſpice Congregationis, & Typographiae Praefecto, ac S. R. E. Card. Ioſepho Spinellio, illuſtrandos pro dignitate curavit per Virum doctiſſimum Auguſtinum Antonium Georgium, qui uſus praeſenti opera, & voce Viri huius idiomatis, aliorumque Indicorum ſcientiſſimi Caſſiani Beligattii, quem pluries laudavimus, ſpartam hanc quamdiligentiſſime ornavit edito praeclaro Opere, quod ſaepius innuimus, cuique par ſane raro ſit conſpectura Litteratorum Reſpublica. Faxit interim Deus Optimus Maximus, ut ſplendidi huiuſmodi apparatus Eius honori, & verae Religionis incremento feliciter cedant, quod unum eſt*

(a) *Alphabet. Tibetan. Part. I. Cap.* CXLIV. *pag.* 435.

eſt & ampliſſimae Congregationis de Propaganda Fide, & Sapientiſſimi Pontificis Maximi CLEMENTIS XIV. *totius Chriſtiani Orbis ſupremi Antiſtitis votum, ac ſtudium. Haec tu quoque boni conſulas, erudite Lector, ac vale.*

ALPHABETUM TIBETANUM.

CAP. I.

De Scriptura, & ordine ſcribendi apud Tibetanos.

DUplex eſt Tibetanis ſcripturae genus, unum commune, & vulgare, cuius litteras དབུ་མེད་ *Umin*, ideſt non capitales, ſeu minores vocant. Earum forma tum a viris, tum a mulieribus in epiſtolis familiaribus, in ſyngraphis, aliiſque privatarum rerum commentariis ſcribendis uſurpatur. Aliud

ſcripturae genus, cuius litteras དབུ་ཅན་ *Ucèn*, nempe capitales, vel maiores appellant, quod ad liberales diſciplinas addiſcendas Lhamis, aliiſque ſtudioſis viris ſolae ferme neceſſariae putantur. Hae tantum ad Religionis dogmata percipienda viam parant, & ſolae tum veteribus exaratis libris intelligendis, tum novis componendis inſerviunt. At cum characteres *Ucèn* certe neceſſarii ſint ad profanam, ſacramque eruditionem aquirendam, *Umin* relinquemus modo, eo magis, quod regulae, quas pro ſcribendis characteribus maio-

ribus ſtatuunt Tibetani praeceptores, minoribus quoque conveniunt (nulla enim alia intercedit differentia inter maiores, & minores, niſi diverſa apicum pingendi forma) ideoque hic maiores ſcribendi, legendique regulas exponendas aggrediemur. At ne & minores deſiderentur characteres, eorum quoque Tabulam ad calcem apponemus.

Antequam ad tradendas Alphabeti litteras procedamus, notandum eſt ſignum initiale, unde auſpicium ſumunt Tibetani, duplici figura pingi. Prima nobilior eſt ༄༅། །, aut ༄༅༅། །, vel ༈. Hanc vero

ro praeponere ſolent omni ſcripturarum generi, quod *ſacrum* eſt, & proprium Litteratorum; nam in communi, vulgarique ſcriptura alteram adhibent huius formae ༁, vel ༄ །, aut etiam ༄. *Vſtkum* nomine ſigna iſta appellant Tibetani.

Huius notae munus eſt non ſolum libri auſpicium indicare, ſed etiám novi tractatus argumentum in eodem libro diſtinguere. Toties enim *Vſtkum* repetunt, quoties in materiam aliam dilabuntur.


Punctum etiam duplex eſt in ſcripturis. Unum *interſyllabicum*, quod ſyllabam a ſylla-

ba

ba diſcernit; aliud *fixum*, quod abſolutae periodi ſignum exhibet, primum per ▲ punctum, ſecundum per duas perpendiculares ǀǀ lineas pingunt. Interſyllabicum punctum ſuum ufum, & utilitatem habet; facit enim, ut plures conſonae unico puncto concluſae, licet binae, ternae, aut quaternae ſint, unam tantummodo ſyllabam componant, & tamquam monoſyllabum nomen legi, ac pronunciari debeant: ut ང་ *ngha*, ego: ཉ་ *gnia*, piſcis: ཡབ་ *jap*, pater: ཆོས་ *cibo*, lex: གསེར་ *ſer*, aurum: ལམས་ *lham*, ſemita: གཟུགས་ *ſu*, cor-

pus: བསྲུངས་ *ſrungh*, cuſtos &c. Sic plurium conſonantium numerus unico terminatus puncto ſyllabam conſtituit ſemper unicam.

Punctum fixum per duas has ། ། lineas perpendiculares, unam ad ſignandam praecedentis periodi abſolutionem, alteram ad ſubſequentis inchoationem efformant; ideoque aliquantulum inter ſe diſtantes collocabant veteres Tibetani, ut vetuſti eorum ſcribae demonſtrant; at recentiores ad periodi calcem unam tantum lineam ſignare, & ante ſubſequentis inchoationem nonnihil vacui alterius linae loco relinquere conſueverunt. Aliis

Aliis quoque ſignis in ſcribendo utuntur Tibetani; quorum unum eſt pro innuenda ſuſpenſionis nota in aliquibus verbis ad vehementem animi affectum exprimendum, vel ad ſummam erga ſanctos ſuos venerationem patefaciendam. Hoc ſignant interiiciendo duos *circellos* ཿ litteris monoſyllabis, quibus animi affectum exprimunt; ut videre eſt in dictione  *Nausa ſanta-puttrhâ*; quod cum nomen ſit inventoris characterum, & ſcripturæ apud Tibetanos,

 per

per hos 8 dicyclos innuitur legentibus, primam ſyllabam illius nominis aliqua vocis ſuſpenſione, & animi affectu eſſe promendam.

Eiuſdem quoque indolis ſunt notae, quae toties occurrunt in ſcripturis, & diplomatibus, quoties Lhama maximus ſive explicite, ſive implicite in illis commemoratur. Tunc nomen, aut verba, Lhamae dignitatem exprimentia, tamquam inter parentheſes clauſa, conſpiciuntur ſignis quibuſdam diſtincta, quae licet fixa non ſint, ſed ad Amanuenſium libitum relinquantur, communiora tamen ſunt iis, quae conſpiciuntur in pluribus

Diplomatibus Miſſionariis Capuccinis oblatis a Rege, & a Commune Civitatis Lhaſſae ad Eccleſiam, & Hoſpitium erigendum, in quibus pro parentheſi iſta cernuntur ſigna.

། ༄ གོང་ཞབས་རིན་པོ་ཆེའི་ ༄ །

Kongh-ſcia Rin-bo-cehi, Supremorum Pedum, ideſt Supremi Lhamae.

Aliae quoque notae non raro occurrunt ſacris in eorum libris, quarum munus, licet non ſatis cognitum habeamus, tamen intactas relinquere non putamus. Aliquando unum, vel alterum iſtorum ſignorum occurrit loco puncti interſyl-

la-

labici ༔ , ༔ , ༔ , & vim eorum habere coniicimus, quorum munus eſt cultum, invocationem, venerationemque Numinum exprimere; ut apparet in exordio Epiſtolae Supremi Lhamae ſcriptae laudatis Miſſionariis, qui calamo exſecraverant magicae ſuperſtitionis praxim a Tibetana lege permiſſam, & laudibus commendatam. Sic exorditur Epiſtola: ༄༅།། ཅ། ན་མོ་གུ་རུ།༔ ཁྱེད་རང་ལེགས་པར་ཉོན་ལ་ *Namo Gorù: Khierang-lek-par-gnion-la*: Adoro Magiſtrum (*Xacam*) veſtrum ſcriptum comprehendi &c.

Tan-

Tandem innuendum putamus, Amanuenſes ad calcem operis varia ſigna apponere, quibus orationis, tractatus, vel libri abſolutionem indicant. Communia, & uſitatiora ſunt iſta |·| ||, vel | ⁘ |, quae cum non ad ſcripturam, ſed ad decorem ſpectent, quo quiſque maxime delectetur ornamento, opus abſolvunt.

C A P. II.

De Conſonantibus ſimplicibus, earumque ſono, & pronunciatione.

MOs eſt Tibetanis praeceptoribus in informandis pueris ſuis, antequam de vocali-

calibus verba faciant, ſimplices conſonantes illis tradere, ut bene illas noſcant, optimeque proferant. Ne itaque eorum methodum pervertamus, a conſonis & nos exordium ſumemus.

Conſonantes litterae habent Tibetani omnino triginta, eaſque appellant གསལ་བྱེད་ *Selcè*, ideſt *Clarificantes*, forſan quod originem, & naturam vocabulorum oſtendant, & ideo clarificantes dicantur, quia ſimili fungantur munere, quo funguntur *radicales* in Hebraica, Syriaca, aliiſque Orientalibus linguis; vel etiam ob proprietatem, quam habent con-

ſo-

ſonae Tibetanae ſeſe ipſas etiam ſine adiuncta vocali ſonandi: eſt enim eis innatus ſonus vocalis *a*; unde པ་*pa*, མ་*ma*, ཏ་*ta* pronunciandae ſunt, non *p*, *m*, *t*, inſtar noſtrorum apicum; & ideo *Selcè* nuncupari potuerunt, quaſi clare ſonantes, ſeſeque ipſas exprimentes.

Praeceptores Tibetani has conſonantes in octo ordines diſtribuunt. In unoquoque ordine litteras quatuor collocant, ultimo excepto, cui duas tantum tribuunt. Ea tamen ratione per ordines ſingulos litterae diſtributae iacent, ut canora quadam vocis modulatione, quaſi muſicae notae eſ-

ſent, proferri debeant. Quod totum fit, tum ex ſacro quodam inſtinctu gens illa in cantus amorem, ac voluptatem feratur, tum ex induſtria, ut Tirones litterarum accentus, & pronunciandi rationem libentius addiſcant. Ut totum id clarius, quoad ſcripto fieri poteſt, innoteſcat, priuſquam figuras, nomina, ac poteſtatem harum litterarum tradamus, *accentus*, quibus affici debeant, figendi ſunt. Ex his enim *toni* ſtatuuntur, & accentus ipſi etiam naturam, & vim ſignificandi in Tibetanis litteris mutant, quod quidem novam, gravioremque addiſcendae linguae difficultatem parit.

Ita-

Itaque quinque erunt accentus; *aequalis*, *gutturalis*, *palatinus*, *narinus*, *ſingularis*. Prioris nullum ſignum erit, quia tonus vocis aequaliter incedit, ſequiturque nativam pronuciandi rationem, nihil a communi Latinorum more diverſam; ceteros demonſtrabunt ſequen., quorum figurae erunt:

Pro Gutturalibus ˎ
Pro Palatinis ɾ
Pro Narinis ɤ
Pro Singularibus ⌝

Itaque accentum ˎ gutture; ɾ lingua ad palatum inflexa; ɤ naribus magis, quam ore pronunciabis; at ſingularem ⌝ mixtis organis efferes, eaque ra-

ratione, quam tibi deſcribere neſciam. Illius modum, ac vim una tantum magiſtri vox, & uſus ipſe loquendi frequentiſſimus docere poterit. His praemiſſis, ſit

Simplicium Conſonantium Tabula.

༄༅།།	1.	ཀ་	Kha	ཁ་	kha
		ག་	ka	ང།	ngha.
	2.	ཅ་	Ciha	ཆ་	ciha
		ཇ་	cia	ཉ།	gnia.
	3.	ཏ་	Tha	ཐ་	tha
		ད་	ta	ན།	na.
	4.	པ་	Pha	ཕ་	pha
				བ་	pa

	པ	pa	མ།	ma.
5.	ཙ	Tzha	ཚ	tzha
	ཛ	tza	ཝ།	va.
6.	ཞ	Sciha	ཟ	ſa
	འ	ha	ཡ།	ja.
7.	ར	Ra	ལ	la
	ཤ	ſcia	ས།	ſa.
8.	ཧ	Hah	ཨ།	aa. ། །

Ut clare patet ex appoſita Tabula, *a* vocalis, ut iam diximus, unicuique conſonanti innata eſt, & ab ea inſeparabilis, caſibus exceptis, quibus aliquando cogeris conſo-

nam elidere, vel aliter quam per *a* pronunciare. Sed de his infra, nunc ſit

CAP. III.

De Vocalibus.

VOcales a Grammaticis Tibetanis vocantur དབྱངས་ *jang*, & etiam ཡན་ལག་ *jen lah*, ideſt *ſoni*, & *cantus*; eaeque quatuor tantum numerantur, ſcilicet I, U, E, O. Harum notae ſunt hae ི, ུ, ེ, ོ. Primam vocant གི་གུ་ *khi khu*, ſecundam ཞབས་ཀྱུ་ *ſciapkhiù*, tertiam འགྲེང་བུ་ *drenghbù*, quar-

quartam ན་རོ་ *narò*. Itaque

ི. *khikhu* valet I.
ུ. *ſciapkiù* U.
ེ. *drenghbù* E.
ོ. *narò* O.

Prima, tertia, & quarta harum vocalium ſupraponuntur conſonantibus, ut ཁི་ *khi*, ཁེ་ *khe*, ཁོ་ *kho*; ſecunda vero infra eaſdem adiicitur, ut ཁུ་ *khu*, ཐུ་ *thu*, ལུ་ *lu*, སུ་ *ſu*. Hae vocales ſive breves ſint, ſive longae, ſemper eadem nota ſignantur.

Notandum tamen eſt, *khikhu* in fine ſyllabae fere ſemper vim habere diphthongi *ei*,

praecipue dum reperitur ſuprapoſita conſonanti འ་ *ha*; & ideo legendum དན་པའི་ *tenbhei*, verum: མུན་པའི་ *munbhei*, tenebrae: སྣང་བའི་ *nanghvei*, lux. Perſaepe etiam eſt nota genitivi tum ſingularis, tum pluralis, ut བླ་མ་རིན་པོ་ཆེའི་ *Lhama rimbocei*, Lhamae maximi: སྙིང་ཆེ་ཆེན་པོའི་ *gningh cè cenbhoi*, commiſerationis maximae: དགོན་པའི་ *konbhei*, coenobiorũ: འགྲོ་བའི་ *drovei*, viatorum:

དག་

དགེ་བའི་ *kevhei*, virtutum &c.

Non raro occurrit, praecipue in libris, reperire *khikhu* ྀ obverſa facie ſignatam, ocello ſcilicet, dexteram ſpectantem, ut ངྀ་ཚྀ་ཉྀ་ &c.; tunc tamquam duplicatum *i* ſcias eſſe proferendam: ཅྀག་ *ciik*, unus: སྔྀ་ཉྀ་པོ་ *gniinghpò*, duas vices &c.

Hanc ipſam notam *khikhu* aliquando ſupra conſonantes tum ſimplices, tum vocalibus coniunctas iacentem reperies, ſic ཇྀ་ཀྀ་སྀ་ཏྀ་ནེྀ་སྦེྀ་ &c., in qua poſitione non vocalis, ſed ne-

ſcio quid latentis, ac myſticae ſignificationis poteſtatem debes agnoſcere, praecipue cum Amanuenſes Tibetani utantur hac nota in ſcripturis magicis, de quibus infra.

Ceterae etiam vocalium notae, dum ſupra conſonantes geminatae reperiuntur, geminatam vocalem exprimunt, & aliquando etiam vim habent diphthongi. Duplicata ཻ *drenghbù* geminos *ee*, vel *ei* importat: geminata ཽ *narò* geminos *oo*, *oi*, vel *ou* indicat: & geminata ུུ *ſciapkhiù* ad pedem conſonantium poſita geminum *uu*, vel *ou* affert; ſed leges pronunciationis in his geminatis

tis vocalibus efferendis, auribus magis, quam oculis, & lectione comprehendere potերunt Tirones.

Monendos tamen eos putamus, perſaepe Amanuenſes uti his duplicatis vocalium notis pro *nota* compendiaria dictionibus contractis ſupraponenda; hocque praeſertim in dictionibus charactere *Umin* conſcriptis perſaepe occurrit, in quibus duplicatam *drenghbù* ", non geminas *ee*, vel *ei*, ſed puram deficientiam conſonantis Ꮋ *m* a dictione requiſitam indicare intendunt. Compendiariae huius ſcripturae exempla paſſim occurrunt, & plura conſpiciun-

tur in Diplomatibus a Supremo Lhama Miſſionariis Capuccinis conceſſis, tum ad Hoſpitium, & publicam Eccleſiam conſtruendam, tum ad veri Dei praedicandam Fidem: quae Diplomata, quamquam ab Anglis cenſoribus (*a*) tamquam ſuppoſititia traducantur, & Miſſionarii ipſi ſycophantarum nota inurãtur, tamen nemo erit, qui ipſis fidem praeſtet id gratis omnino, & calumnioſe aſſerentibus, praeſertim cum autographa plura in Bibliotheca Collegii Urbani Congr. de Propaganda Fide, cui donata voluit Praeſul Cl. Ste-

(*a*) Vid. *Iſtoria generale de' Viaggi &c. Tom. XXVII.* §. *III. pag.* 290., *& ſeq. in notis*.

Cl. Stephanus Borgia eiuſdem Congr. a Secretis, in ſericis flavis velis exarata, ac Regis, ſupremique Lhamae ſigillo munita, cuilibet conſpicienda ſerventur. Ex ipſis autographis characteris *Umin*, unum ſatis erit haurire exemplum ad huius contractionis notas demonſtrandas, quod litteris *Ucen* damus: བོད་ཀྱི་ཡུལ་ཁཾས་ཐཾས་ཅད་ཀྱི་ རྫོང་དཔོན་ *Pot khi jul kam-tam ceh khi cihongh-phon*, Tibeti regionum ſingulis, & omnibus Praeſidibus; in quo iteratae illae notae *drenghbù* ཱ nihil aliud indicant, niſi carentiam མ་ *m*, ut

ut in legendis dictionibus ſuppleatur. Alii Amanuenſes eamdem deficientiam conſonae *m* tum in ſcripturis *Umin*, tum in *Ucen* his notis ྃ, ྂ, °, ſolent ſignare, ut ཐྃས་ཅད, vel ཐྂས་ཅད, aut ཐཾས་ཅད *tam-ceh*, omnes. At nota compendiaria, qua iidem ipſi Amanuenſes utuntur in charactere *Ucen* ad innuendam deficientiam conſonae མ *m*, eſt ocellus ° ſuprapictus dictioni contractae. Id iam habes in exemplo tertio contractae ſcripturae per litteras *Ucen* mox allato ཐཾས་ཅད, vel ཐཾ་, quae vox extenſis litteris ſcibitur ཐམས་ཅད *tam cè*. Pa-

Pari modo, ac *drenghbù*, non raro ad contrahendas dictiones, tum in minoribus, tum in maioribus characteribus uti ſolent Tibetani Scribae geminata nota vocalis ≈ *narò*; eumque morem praeſertim tenent in ſcribendo contracto nomine Dei *Khoncihoa*, uti videre eſt in Epiſtola ſupremi Lhamae tradita Capuccinis ad ſuae ſuperſtitioſae religionis defenſionem, in qua pluries pro དཀོན་མཆོག་ ſcriptum eſt དཀོོག་ *Khoncihoà*. De his monendos putavimus Tirones, ne ſiglas, ſive notas compendiariae ſcriptionis pro vocalibus acciperent. Nunc ve-

ro copulationem vocalium cum conſonantibus ſimplicibus tradere aggredimur.

C A P. I V.

De copulatione vocalium cum conſonantibus.

Conſonantium Tibetanarum id proprium eſt, ut ſingulae ſyllabam, ac nomen conſtituere valeant. Semper enim, ut iam diximus, congenitum habent ſonum vocalis *a*; & ideo per ſe ſolam conſonans valet efformare integram dictionem, ut ང་ *ngha*, ego: པ་ *pa*, vacca: ཉ་ *gnia*, piſcis.

Coniunctio conſonantium

fit cum ſolis quatuor vocalibus ི I, ུ U, ེ E, ོ O; ſicque dum ſimplices *ſelcè* copulantur cum *jangh*, appellamus compoſitas. Atque eae ſunt totidem ſyllabae, quae conſtant duabus tantum litteris, *conſonanti* ſcilicet, & *vocali*. Nam, ut infra videbis, ſyllabae ſunt diverſae ſpeciei, quarum aliae conſonas comprehendunt binas, aliae ternas, aliae quaternas uni vocali coniunctas.

Selcè compoſitas diſtribuunt Tibetani in ordines triginta, quorum quilibet quaternis ſyllabis conſtat, quemadmodum totidem conſtat litteris quivis ordo plenus ſimplicium. Cer-

nes

nes in quarta conſonantes plerumque duas, quandoque tres: prior eſt, eaque unica, quae ad ſyllabam ſpectat, reliquae additae ſunt cauſſa cantus, quo ſyllabas efferunt; exempla habes in quolibet ordine. Huius itaque generis *ſyllabas* omnino ſimplices, *Uniſelcè* appellabimus, quia unicam tantum conſonantem cum vocali coniunctam dabunt.

Syllabarium Uniſelcè.

༄༅།། ཁ་ Kha	ཁུ་ khu
ཁེ་ khe	ཁོན། khon.
ཁི་ khi	ཁུ་ khu

ཁེ་ khe	ཁོམས་། khom.
ཀི་ Ki	ཀུ་ ku
ཀེ་ ke	ཀོར་། kor.
ངི་ Nghi	ངུ་ nghu
ངེ་ nghe	ངོར་། nghor.
ཅི་ Cihi	ཅུ་ cihu
ཅེ་ cihe	ཅོལ་། cihol.
ཆི་ Cihi	ཆུ་ cihu
ཆེ་ cihe	ཆོས་། ciho.
ཇི་ Ci	ཇུ་ ciu
ཇེ་ ce	ཇོན་། cion.
ཉི་ Gni	ཉུ་ gniu

ཉེ་

ཉེ་ gnie	ཉོན་། gnion.
ཏི་ Thi	ཏུ་ thu
ཏེ་ the	ཏོག་། thoh.
ཐི་ Thi	ཐུ་ thu
ཐེ་ the	ཐོབ་། thop.
དི་ Ti	དུ་ tu
དེ་ te	དོན་། ton.
ནི་ Ni	ནུ་ nu
ནེ་ ne	ནོར་། nor.
པི་ P-hi	པུ་ p-hu
པེ་ p-he	པོངས་། p-hongh.
ཕི་ P-hi	ཕུ་ p·hu

ཕེ་ p-he	ཕོས་། p-ho.
བི་ Pi	བུ་ pu
བེ་ pe	བོན་། pon.
མི་ Mi	མུ་ mu
མེ་ me	མོན་། mon.
ཙི་ Tzhi	ཙུ་ tzhu
ཙེ་ tzhe	ཙོར་། tzhor.
ཚི་ Tzhi	ཚུ་ tzhu
ཚེ་ tzhe	ཚོལ་། tzhol.
ཛི་ Tzi	ཛུ་ tzu
ཛེ་ tze	ཛོམ་། tzom.
ཝི་ Vi	ཝུ་ vu

ཝེ་ ve	ཝོལ་། vol
ཞི་ Schi	ཞུ་ ſcihu
ཞེ་ ſche	ཞོན་། ſciohn.
ཟི་ Si	ཟུ་ ſu
ཟེ་ ſe	ཟོངས་། ſongh.
འི་ Hi	འུ་ hu
འེ་ he	འོར་། hor,
ཡི་ Ji	ཡུ་ ju
ཡེ་ je	ཡོངས་། jongh.
རི་ Ri	རུ་ ru
རེ་ re	རོལ་། rol.
ལི་ Li	ལུ་ lu

ལེ་ le	ལོག་། loh.
ཤི་ Sci	ཤུ་ ſciu
ཤེ་ ſce	ཤོག་། ſcioh.
སི་ Si	སུ་ ſu
སེ་ ſe	སོལ་། ſol.
ཧི་ Hi	ཧུ་ hu
ཧེ་ he	ཧོར་། hor.
ཨི་ I	ཨུ་ u
ཨེ་ e	ཨོཾ་། om.

Nota in ordine poſtremo ſonum litterae ཨ *a*; is enim, quã-quam perire videatur, revera tamen non perit, neque peri-

re debet. Monitum tamen damus, quia modum pronunciandi exprimere ſcripto neſcimus.

CAP. V.

De notis Iata, & Rata.

PRaeter quatuor allatas vocales conſonis coniungendas, duae ſunt etiam *notae* Tibetanis, quae determinatis litteris adiiciuntur. Vocantur hae *jata*, & *rata*, quia ſonum edunt ſimilem *j*, & *r*; & numquam ſupra, ſed infra conſonas ſcribuntur.

Iata ſic ྱ pingitur, conſonae vero, quae ſub ſe *jata* patiun-

tur, ſunt octo, ſcilicet ཀ་ *kha*, ཁ་ *kha*, ག་ *ka*, པ་ *p-ha*, ཕ་ *p-ha* བ་ *pa*, མ་ *ma*, ར་ *ra*, quibus ſi notam ྱ ſubiunxeris, formam induent, quam hic depictam vides: ཀྱ་ཁྱ་གྱ་པྱ་ཕྱ་བྱ་མྱ་རྱ་

Obſervanda eſt diligenter vis, quam habet *jata* tum in tribus prioribus ཀ་ཁ་ག་, tum praeſertim in quinque poſterioribus པ་ཕ་བ་མ་ར་. Nam ſonum iſtarum proprium, ac nativum integrum mutant. Quare ཕྱ་ exempli gratia & མྱ་རྱ་ non *p-hja*, *mja*, *rja*, ſed *cjha*, *gnja*, *ja*, quieſcente *ra*, dicere oportebit. Itaque pronunciatio haec erit:

khja khja kja

cihja cihja cja

gnja ja.

Litterae *Iatatae* admittunt tum ſupra, tum infra ſe notas omnes vocalium, quarum nullam excludunt. Syllabarium, quod Praeceptores ſolent tradere pueris, hoc demonſtrabit.

Syllabarium Iatatarum.

Khji khju

khje khjo.

khji khju

khje khjo.

ཀྱི kji	ཀྱུ kju
ཀྱེ kje	ཀྱོ kjo.
ཁྱི Cjhi	ཁྱུ cjhu
ཁྱེ cjhe	ཁྱོ cjho.
ཕྱི Cjhi	ཕྱུ cjhu
ཕྱེ cjhe	ཕྱོ cjho.
པྱི Cji	པྱུ cju
པྱེ cje	པྱོ cjo.
མྱི Gnji	མྱུ gnju
མྱེ gnje	མྱོ gnjo.
ཇི ji	ཇུ ju
ཇེ je	ཇོ jo.

ཀྱན་ Khjen ཀྱས་ kje
ཀྱོམ་ khjom ཀྱུནས་། khjun.
ཁྱིས་ Khji ཁྱེས་ khje
ཁྱོག་ khjoh ཁྱུལ་། khjul.
གྱིམ་ Kjm གྱེན་ kjen
གྱོད་ kjo གྱུནས་། kjun.
ཕྱག་ Cjha ཕྱའ་ cjha
ཕྱན་ cjhen ཕྱུབ་། cjhub.
ཕྱར་ Cjar ཕྱུམ་ cjum
ཕྱད་ cje ཕྱོབ་། cjob.
བྱས་ Cje བྱིན་ cjin
བྱོམ་ cjom བྱངས་། cjung.

ཕྱུག་

སྙག་	Gnjah	སྙུར་	gnjur
སྙལ་	gnjel	སྙོད་།	gnjo.
ཛོས་	jo	ཛེན་	jen
ཛེད་	je	ཛུམ་།	jum.

Nota, quam *Rata* appellant, in hunc modum formatur ྲ, ad pedem conſonantium. Conſonae, quibus ſubiicitur *Rata*, ſunt quatuordecim, nempe: ཀ་ཁ་ག་ཏ་ཐ་ད་ན་པ་ཕ་བ་མ་ཤ་ས་ཧ་།

In his quoque ſedulo animadvertenda eſt vis, & poteſtas *Ratae*, quae cogit plures *Selcè* ſimplices innatum deſerere, & alium recipere ſonum. Unde

Ra-

Ratatae & forma, & pronunciatione ſic erunt:

ཀྲ་ Thra ཁྲ་ thra གྲ་ tra

ཏྲ་ trha ཐྲ་ trha དྲ་ tra

ནྲ་ nra པྲ་ p-hra ཕྲ་ p-hra

བྲ་ pra མྲ་ mra ཤྲ་ ſcra

སྲ་ ſra ཧྲ་། rha.

Syllabarium Ratatarum.

༄༅།། ཀྲི་ Trhi ཀྲུ་ trhu
ཀྲེ་ trhe ཀྲོ་། trho,
ཁྲི་ Trhi ཁྲུ་ trhu
ཁྲེ་ trhe ཁྲོ་། trho.

ཏྲི་ Tri	ཏྲུ་ tru
ཏྲེ་ tre	ཏྲོ་། tro
ཐྲི་ Trhi	ཐྲུ་ trhu
ཐྲེ་ trhe	ཐྲོ་། trho.
ཁྲི་ Trhi	ཁྲུ་ trhu
ཁྲེ་ trhe	ཁྲོ་། trho.
དྲི་ Tri	དྲུ་ tru
དྲེ་ tre	དྲོ་། tro.
ནྲི་ Nri	ནྲུ་ nru
ནྲེ་ nre	ནྲོ་། nro.
ཕྲི་ Prhi	ཕྲུ་ prhu
ཕྲེ་ prhe	ཕྲོ་། prho.

ཕྲི་ Prhi	ཕྲུ་ prhu
ཕྲེ་ prhe	ཕྲོ་། prho.
པྲི་ Pri	པྲུ་ pru
པྲེ་ pre	པྲོ་། pro.
མྲི་ Mri	མྲུ་ mru
མྲེ་ mre	མྲོ་། mro.
ཤྲི་ Sc-ri	ཤྲུ་ ſc-ru
ཤྲེ་ ſc-re	ཤྲོ་། ſc-ro.
སྲི་ Sri	སྲུ་ ſru
སྲེ་ ſre	སྲོ་། ſro.
ཧྲི་ Rhi	ཧྲུ་ rhu
ཧྲེ་ rhe	ཧྲོ་། rho.

གྲིས་

ཀྲིམ་ Trhim ཀྲུས་ trhu

ཀྲེན་ trhen ཀྲོལ་། trhol.

ཁྲོམ་ Trhom ཁྲེལ་ trhel

ཁྲིག་ trhih ཁྲུས་། trhu.

གྲེས་ Tre གྲམ་ tram

གྲུབ་ trub གྲོམས་། trom.

ཏྲིག་ Trhi ཏྲེན་ trhen

ཏྲུམ་ trhum ཏྲོས་། trhò.

ཐྲན་ Trhen ཐྲོམ་ trhom

ཐྲེའ་ trheh ཐྲང་། trhangh.

དྲོས་ Tro དྲེམ་ trem

དྲུག་ truh དྲིལ་། tril.

ཧྲག་ Nrà	ཧྲུམ་ nrum
ཧྲད་ nre	ཧྲོལ་། nrol.
པྲོས་ Prho	པྲེལ་ prhel
པྲིད་ prhi	པྲུན་། prhun.
ཕྲག་ Prhah	ཕྲེན་ prhen
ཕྲུལ་ prhul	ཕྲིད་། prhi.
བྲེས་ Pre	བྲུལ་ prul
བྲིན་ prin	བྲོམ་། prom.
མྲེད་ Mre	མྲིད་ mri
མྲོས་ mro	མྲུལ་། mrul.
ཤྲག་ Sc-rah	ཤྲུན་ ſc-run
ཤྲེད་ ſc-re	ཤྲོམ་། ſc-rom

སྲའ་ Sra	སྲུན་ ſrun
སྲེས་ ſre	སྲོམ་། ſrom
ཧྲིམ་ Rhim	ཧྲུས་ rhu
ཧྲེན་ rhen	ཧྲོལ་། rhol.

C A P. VI.

De deficientia quarumdam Conſonantium, & quomodo eas ſuppleant Tibetani.

ORientales linguae ſi cum Latina, & Itala compararentur, litteris carent nonnullis, quas appellabimus deficientes. Litterae, quae deficiunt in Tibetana lingua, ſunt ſeptem, ſcilicet: B, D, F, G, Q, X, Z.

Qua

Qua autem ratione litteras aequalis, aut ſimilis valoris in deficientium locum ſufficiant, cognoſces ex his:

འབ་ *Ba*	འཇ་ *Gia*
ſupplet B.	མཇ་ *Gia*
མད་ *Da*	ལྗ་ *Gia*
འད་ *Da*	འག་ *Ga*
ལྡ་ *Da*	མག་ *Ga*
ſupplet D.	ſupplet G.
ཕ་ *Pha*	ཀུ་ *Ku*
ſupplet F.	ſupplet Q.

ཥ་ *Xa*

ſupplet X.

འཛ་ *Za*

མཛ་ *Za*

མཛ་ *Za*

ſupplet Z.

Ut autem facilius dignoſcatur, quibus characterum, litterarumve formis in *deficientibus* ſupplendis, utendum ſit, ſubiecta exempla attente conſideranda ſunt.

འབ་ B.

འབྲས་ *Brè*, oryza.

འབྲུག་ *bruh*, tonitrus.

འབྲས་བུ་ *brepù*, fructus.

འབུམ་ *bum*, centum millia.

འད་ D.

འདབ་ *Deb*, dicere.

འདྲེས་ *drè*, daemon.

འདོག་ཁམས་ *do-kam*, regio, manſio.

འདོད་ཆགས་ *dociha*, libido.

འདི་ཡི་དོན་ལ་ *di-ji-ton-la*, hac de cauſſa.

འདུ་ཤེས་ *duſce*, propenſio ad malum.

མད་ D.

མདོ་ཇེ་ *Do-cì*, ſincerus.

ལྡ་ D.

ལྡན་ *Den*, ſtratum.

ལྡན་པ་ *den-bha*, dare.

ལྡར་བྱེས་པ་ *dar-kje-bha*, dividi, ſcindi.

ཕ་ F.

ཕར་སི་ *Far-sì*, Perſa.

ཕོ་ཀྱེན་ *Fo-kjen*, Civitas Sinenſis.

ཕོན་ཏེ་ཕི་ཚེ་ *P-hon-te-fi-ce*, Pontifex.

འཇི་ Gi.

འཇིག་པ་ *Gi-bha*, exterminator.

འཇིག་རྟེན་ *gik-then*, mundus.

འཇམ་དབྱངས་ *Giam-jangh*, Sapientiae Deus.

འཇིམ་ *gim*, ſuavis.

མཇ་ Gi.

བཇུག་ནད་ *Giuk-ne*, in fine.

ལྗ་ Gi.

ལྗོན་ཤིང་ *Gion-ſcingh*, arbor huius nominis.

འག་ Ga.

འགོར་ *Gor*, rotundus.

འགོར་ལོ་ *gor-lò*, rota.

མག་ Ga.

མགོ་ *Go*, caput.

མགོ་དཀར་ *go-kar*, caput album, & tranſmontanus.

མགོན་པོ་ *gon-bho*, patronus.

གུ་ Q.

དགུ་ *Q*, & *ku*, novem.

ཤ་ X.

ཤཱ་སྟི་སི་ཏཾ་ *Xa-thi-ſi-than*, Sanctus Xaca.

འཛེ་ Z.

འཛམ་བུ་ *Zam-bù*, arbor chimerica.

འཛམ་བུ་གླིང་ *Zam-bu-lingh*, Aſiae pars.

མཛ་ Z.

མཛད་པ་པོ་ *Ze-bha-bhò*, creator.

མཛོད་ *Zo*, theſaurus.

མཛོ་བ་ *Zo-bhà*, liberator.

མཇ་ Z.

མཛོད་པ་པོ་ *Zo-bha-bhò*, creator.

Supplementum *d* triplex, quintuplex *g*, & duplex *z* vagum non eſt, neque ſolutum, & arbitrarium, ſed certis legibus adſtrictum. Neque enim ubicumque aut *d*, aut *g*, aut *z* occurrat, licebit promiſcue མད *da* pro འད་ *da*: འཇ་ *gia* pro ཇ་ *gia*; འག *ga* pro

མག་

མག་ *ga*: མཛེ་ *za* pro འཛེ་ *za* uſurpare: ſunt enim voces, quae unum omnino, non alterum, ſive *d*, ſive *g*, ſive *z* requirunt. Quinimmo vocis naturam, & ſignificationem continuo immutares, ſi quum ſcribenda eſſet, e. g. per འཇ་ *gia* primum, eam ſcriberes per མཇ་ *gia* ſecundum, vel tertium.

Sic *primum* འད་ *da* locum habet in pronomine འདི་ *di*, hic, haec, hoc, non autem *tertium* ལྡ་ *da*: Rurſus *tertium* ལྡ་ *da* locum habet in voce ད་ལྡ་ *tada*, quae praeſens ſignificat, non autem primum འད་ *da*.

འག་ *ga* in འགའ་ཞིག་ལ་ *ga-ſcila*, alii, illi, proprium eſt huius vocis, nec in ea uſurpari poteſt མག་ quinta ſupplens.

འཇ་ *gia* prima in འཇིག་རྟེན་ *gik-ten*, mundus, non མཇ་ *gia* ſecunda, vel རྗ་ *gia* tertia indiſcriminatim, & confuſe adhibebitur, ne vox nativam ſignificationem amittat. མག་ *ga* quinta in མགོའི་ *gohi* capitis ſcribes, non འག་ *ga* primam. མཇ་ *gia* ſecundam dabis vocabulo མཇུག་ *giuk* finis, non aliam རྗ་ *gia*.

མཇོད་

མཛད་པ་པོ་ *Ze-bha-bho*, creator dices: མཛད་པར་བཛོད་པ་ *Ze-bha-re-zo-bha*, dimiſſionem facere, per མཛ་, & མཛ་, non vero per འཛ་. Eamdem regulam in ceteris, quae frequentiſſime occurunt, ſervato.

Quum vero in quavis ſupplente duae ſint litterae, una praepoſitiva འ ſcilicet, མ, aut འ, & altera *ſubiunctiva*, advertendum eſt, cuius ordinis, & numeri ea ſit, quae ſubiungitur. Nam ut habeatur ſupplens *b*, ſatis non eſt cum praepoſitiva འ coniungere qualemcumque litteram ex tribus prioribus ordinis quarti, ſed tertia

ཟ་ eſſe debet: ſic tertia ordinis tertii ſubiuncta འ་, vel མ་ dabit *d*. Tertia iterum ordinis quarti, & ordinis primi adiecta འ་, vel མ་, aut ſubſcripta ཡ་ dabit *g*. Tertia ordinis quinti ſubiuncta འ་, & མ་ aut tertia ordinis ſecundi poſtpoſita མ་ dabit *z*.

Tandem advertendum འ་, & མ་ praepoſitivas in ſupplentibus nullam umquam habere ſupra, vel ſubſcriptam vocalem. Quoties enim vocali afficiantur, non amplius ad ſupplentes ſunt referendae, ſed tamquam diſiunctae, & a ſequentibus diſtinctae iuxta proprium, ac nativum ſonum

pro-

pronunciandae erunt. Unde འོད་བསལ་ *ho-ſel* ſplendor dices, non *do-ſel*, འོད་བསྲུངས་ *ho-ſrungh* ſplendorum cuſtos, non *doſ-rungh*. Contra ſi vocalis ſit in ſecunda, tunc འདྲེས་ *dre* daemon, non *hre* pronunciabis; & ſic in reliquis ſupplentium praepoſitivis advertes.

Figuram ◁ triangularem, quam ad conficiendum ཕ་ (◁) *ph*, ſeu *f*, & ས་ (◁) *x* adhibent, aliis etiam conſonantibus Tibetani Amanuenſes ſubſternere ſolent,

prae-

praecipue vero in characteribus magicis. Sed quum non ſatis nobis compertum ſit, qua ratione id faciant, hoc unum ſaltem monemus, exceptis locis iis, in quibus neceſſario requiritur ad ſupplendas deficientes *f*, & *x*, in ceteris plerumque ſapere ſuperſtitionem; ideoque in ſacro illo nomine ཡ་དྭགས་ *Itha*, ſeu Tantalorum reperitur དྭ་ *tha* cum triangulo ſcripto, ſicque in aliis vocibus eiuſdem naturae.

CAP. VII.

CAP. VII.

Litterae nativum pronunciationis ſonum in ſyllabarum compoſitione mutantes.

PRaecepta, quae tradituri ſumus de litteris mutantibus ſonum nativae pronunciationis, ad rectam ſyllabarum prolationem aſſequendam magnopere conferunt.

Quoties in ſyllabis tertia ཀ་ *ka* primi ordinis, prima ཕ་ *p ha*, & tertia པ་ *pa* ordinis quarti anteceſſerit ཤ་ *ſcia*, primam ſcilicet ordinis ſexti, ſonum, quem iſta ཤ་ proprium, ac naturalem habet, mutabunt ex *ſcia* in *ſgiha*: interea ཀ་ *ka*, ཕ་ *p-ha*,

&

& པ་ *pa* ſilebunt, quemadmodum diſces in ſyllabario quieſcentium. Itaque ſyllaba ſecunda in ས་གཞི་ *ſa-ſgi* terrae fundus, ſeu fodina; གཞན་ *ſgen*, alius; གཞུག་པ་ *ſgiu-bha*, affligere, non *ſci*, *ſcen*, ſed *ſgi*, *ſgen* erit pronuncianda.

ད་ *Ta* ante པ་ *pa* mutat ſonum *pa* in *va*, ſilente ད་ *ta*, ut in དབུ་ *vu* caput; དབང་ *vangh* dominator, rex; attamen eadem lex non ubique ſervatur, nam arithmeticam figuram chilionum ſcribunt དཔག་ཟུ་, & proferunt *padù*.

པ་ *Pa* ſive initialis, ſive media, ſive finalis promiſcue pronun-

nunciatur per *ba*, & *va* ནོར་བུ་ *nor-bù* gemma ; སྤྱོད་པ་ *cio-bà* : བར་ *bare*, & *vare* ; ſed frequentius *va*, praeſertim ſi ſolitaria ſit, & in fine ſyllabae iaceat. Idem nonnumquam accidit litterae ཕ་ *p-ha*, tum maxime, cum ante ſe habet བ་, ut ཐོབ་ཕ་ *top-vha* efficere ; ཕྱག་ཕེབ་ཕ་ *cjah-pheb-bha* ſalutare. ཕ་ *P-ha* raro admodum, ac fere numquam pronunciant *ba*, & *va*. Quantacumque vero ſit in tribus hiſce litteris pronunciandi licentia, par tamen non eſt in ſcribendo . Mutant enim ſin-

ſingulae vocum ſignificationem : propriaque nomina rerum confunderes, ſi quod poſtulat པ་ *p-ha*, vel བ་ *pa*, ſcriberes per ཕ་ *p-ha*, & viciſſim in locum ཕ་, alterum པ་, aut བ་ ſubſtitueres. Quamobrem nomina illa, e.g. ཕེབས་པ་ *pheb-bha* accedere ; ཕྱག་ཕྱལ་ *Cja-p-hul* ſalve, ave ; ཕེན་ *p-hen* putredo ; ཕོ་ *p-ho* maſculus per ཕ་ : བཟོད་པ་ *ſo-bha* patientia ; སྲེད་པ་ *ſre-p-ha* cupiditas, affectus ; པོད་པ་ *P-ho-bha* Tibetanus per པ་ ; བྱང་ ཆུབ་

ཆུབ་ *ciangh-cjub*, ſummis, puriſque virtutibus cumulatus; ཚ་བ་ *tza-và*, calor; འཁོར་བ་ *gor-và*, tranſmigratio, per བ་ unice ſcribenda erunt, ne propria verborum, ac rerum ſignificatio corrumpatur.

Ad litteras naturalem ſonum mutantes, eas referimus, quae patiuntur eliſionem, ſeu imminutionem *a* congeniti. Ex natura linguae Tibetanae id oritur, ut duae, aut tres conſonae in una, eademque ſyllaba nequeant plures habere vocales; alioquin non *monoſyllabum*, ſed *polyſyllabum* componerent, quod eſt ab idiomate Tibetano

alienum. Hinc regula manat conſtans, & firma: Poſt conſonam, quae habeat *a* congenitũ, vel vocalem adiectam, quaecumque ſequatur ſive unica tantum littera ſit, ſive gemina, aut quieſcit, aut eliditur, aut in aſpirationem migrat. De iis, quae quieſcunt, proprius erit dicendi locus.

Eliduntur autem poſt conſonam ſive ſimplicem, ſive cum vocali compoſitam litterae ང་ *ngha*, པ་ *pa*, མ་ *ma*, ན་ *na*, ལ་ *la*, ར་ *ra*, ཧ *ha*, ཧ་ *ha*. Itaque

Poſt Selce ſimplicem

Pronunciatur ſequens, eliſo *a* congenito in hunc modum: ཁང་པ་

ཁང་པ་ *khangh-vha*, novus, tacito *a* in ང་ *ngha*.

Nota, quod ſi quieſcens in ſyllaba *Diſelcè* aut praecedat, ut in ཁང་བ་ *khangh-va*, plenus, aut ſequatur, ut in ངག་ *ngha*, idioma; tunc ང་ *ngha* pronunciatur integrum. Nunc progrediamur ad cetera, quae nobis occurrunt, exempla.

དང་ *Tangh*, &, etiam: བང་ལེབ་ *pangh-leb*, panis: མང་པོ་ *mangh-p-ho*, multus, magnus: ཚང་ *tzangh*, habitatio: ཞེ་སྡང་ *ſcie-tangh*, ira, indignatio: རང་ *rangh*, proprius: ལང་ཀ་ *Langh-ka*, Zeilan inſula: ལང་ *langh*,

 ubi:

ubi : བཟང་ *ſangh* , optimus : རབ་དུ་ *rab-dhu*, ſummus : ཤེས་རབ་ *ſce-rab* , comprehenſio : ཐམ་ཐམ་པ་ *tam-tam-bha*, collidere : ནམ་མཁའ་ *nam-khah* , caelum: ཐར་པའི་ *tar-bhei* , evadere : དར་རྒྱས་ *tar-kje* , propagator : གསར་ *ſar* , domus : བཀའ་ *khah* , praeceptum : ལྷ་ *Lah* , Divus.

Poſt Selcè compoſitam

ཀོང་ *Kongh* , ovum : མིང་ *mingh*, nomen; རིག་ *rik*, longus :

gus: དགོང་པ་ *kong-bha*, coe-nobium: ཐུབ་ *tup*, vis, poteſtas: ཡུམ་ *jum*, mater: ཡུལ་ *jul*, regio: ནོར་ *nor*, res. Plura ſi cupis exempla, ex ſyllabariis repete.

Non ſine cauſſa inter exempla conſonantium, quae eliduntur poſt ſimplicem *a* congeniti, praetermiſimus ལ་ *la*, & ན་ *na*. Hae duae non ſolum amittunt *a* nativum, ne, ſi pronuncietur, monoſyllabum deſtruatur, ſed etiam antecedentis ſonum mutant in *e*. Itaque ſic leges: པ་ཏོན་མགན་ *thon-*

 ghen,

ghen, oſtenſor: དགྲ་ཅན་ *tra-khen*, inimicus: བསམ་གཏན་ *ſam-then*, contemplator, སྤྱན་ *cjen*, oculus: མཚེན་ *tzhen*, vita: བཞན་ *ſgien*, alius: ཕན་ *p-hen*, putredo: གྲགས་ལྡན་ *tra-den*, famoſus: དཔལ་ *phel*, multus: བསལ་ *ſel*, lucidus: ཚལ་ *tzhel*, ſilva: དམྱལ་བ་ *gnjel-vah*, infernus: སྐལ་བ་ *khel-bha*, aetas.

Idem prorſus praeſtant *duae* quieſcentes ད་ *ta*, & ས་ *ſa*. Nam hae cogunt praecedentem nulla vocali ི ུ ེ ོ affectam, abiecto *a*, adſciſcere

ſo-

ſonum *e*. Vide exempla དད་པ་ *te-pha*, pax. Silet in *Diſelcè* དད་ ſecunda ད་ *ta*, deinde vertit ད་ *ta* priorem in *te*; adeoque *te-pha* legitur, non *ta-pha*. Ita ཁད་ཤི་ *khe-ſci*, ſeneſcere: དཔག་ཚད་ *pha-tzhe*, leuca, aliaque ſimilia. ད་ *ta* quieſcens movet ཁ་ *kha* in *khe*, & ཚ་ *tzha* in *tzhe*, & ſic aliam quamlibet ante ſe poſitam *Selcè*.

Non aliam tenebis legem in ས་ *ſa*. Silet & ipſa, ſi ſtatim veniat poſt conſonam carentem vocali; atque id facit, ut vertat *a* ſibi proprium in *e*, quemadmodum ex ſubiectis dictio-

 ni-

nibus deprehendere poteris: རས་ *re*, tela: སངས་རྒྱས་ *ſangh-kje*, ſanctus: སྐྱེས་དམན *kje-men*, femina, ubi རྒྱས་, & སྐྱེས་ non *kja-ſa*, neque obmuteſcente ས་ *ſa*, *kja*, ſed *kje* ſonare debet: སྲས་ *ſre*, filius: དེ་ནས་ *te-nè*, deinde: ནུ་པས་ *nu-bhe*, potentia, virtus: ཚེས་ *tzhe*, dies.

Quod ſi proxima poſt vocalem non fuerit, ſed ante ſe aliam habeat aut eliſam, aut quieſcentem, tunc ས་ *ſa* muta prorſus iacet, nihilque in conſonas praecedentes agit. Unde in ſyllabis

labis *triſelcè* ཐམས་, & *quadriſelcè* བསྒྲུབས་, reſpectu pronunciationis iners plane manet, & otioſa; atque ita ཐམས་ *tham* ſimpliciter pronunciatur, & བསྒྲུབས་ *ſgiuh*, non autem *thame*, & *ſgiuhe*.

འ་ *ha*, & ཧ་ *ha* ſive finales, ſive mediae inter conſonam praecedentem, & conſequentem efferuntur per nudam aſpirationem *h*, eliſo *a*, ut བཀའ་ *khah* praeceptum: ལའམ་ *lahm* via, iter.

བ་ *Ka* locum habet inter quieſcentes; ſed fere ſemper tum in medio, tum in fine ſyllabae vertitur in ſpiritum aſperum *h*. Verum བ་ *ka* finalis, ut

in

in དཀོན་མཆོག , & བཀའ་ཤོག praeeunte *Narò* pronunciari ſolet per *a*. *Khon-cihoa*, quod eſt Dei nomen , & *Kah-ſcioa* , iuſſio , diploma ſcripto traditum .

ར་ *Ra* finalis, in unica fere voce བར་ *bhare* pronunciatur, ut *re*, ita tamen , ut ſonus e‿ vix exaudiatur , ut མཛོད་པར་ *Zobha-re* , condemnare : སྒྲོལ་བར་ *trol-vare* , eripere , liberare .

CAP. VIII.

De Litteris Quieſcentibus.

Litterae, quae ob ceſſantem pronunciationem ex ore loquentis efferri non debent, *quieſcentes* dicuntur. Duplicis eae ſunt generis: *laterales*, & *ſupernae*. De his inferius, modo de lateralibus; quas ita vocamus, quia lateri alterius conſonantis adhaerent. Hae autem vel in principio, vel in medio, vel in fine ſyllabae quieſcunt.

In principio laterales, quae frequentius quieſcunt, quinque numerantur: ཀ་ *ka*, ཏ་ *ta*, པ་ *pa*, མ་ *ma*, འ་ *ha* Duas has poſtremas ſilentes མ་, & འ་ eaſdem

eſſe,

eſſe, quas praepoſitivas diximus, in ſupplentibus profecto intelliges. Fit enim, ut ob eam cauſſam in quieſcentium numerum hoc loci referantur. En exempla ſilentium.

ག་ *Ka* ſilentis in principio: གསེར་ *ſer*, aurum: གཞན་ *ſgien*, alius: གཉེར་པ་ *gnjer-bha*, praefectus.

Silentis ད་: དཔོན་པོ་ *pon bho*, dominus: དངུལ་ *ngul*, argentum: དམྱལ་བ་ *gnjel-vha*, infernus.

Silentis བ་: བསན་ཏན་ *ſen-then*, contemplator: བཙུན་མ་ *tzun-*

tzun-ma, monialis: བདག་ *tub*, ſpecies daemonum.

Silentis མ་: མཉིམ་པ་ *gnim-bha*, ſimul: མཚེན་ *tzen*, nomen: མཛེས་ *zhe*, pulcher.

Silentis འ་: འཆི་བ་ *cih-va*, mors: འཁོར་བ་ *khor-va*, tranſmigratio: འགྲོ་བ་ *dro-va*, viator: འབྲས་ *bre*, oryza.

In medio ſaepe quieſcit ག་ *ka* tertia ordinis primi, ut in གཟིགས་པ་ *ſi-bha*, videre. ག་ post monoſyllabum ཟི་ *ſi* quieſcit, neque legitur *ſik*, aut *ſiks*,

ſiks, ſed tantum *ſi*. Rurſus in འཕགས་ *p-ha*, idem ག post ཕ་, & in གཟིགས་ *ſgiu* post ཟི་ ſilet.

Finales quieſcentes & ipſae ſunt quinque: ཀ་ *kha* ཁ་ *kha* ག་ *ka* ད་ *ta* ས་ *ſa*. Exempla frequentiſſima exſtant. Sed ad rem noſtram ſatis haec ſunto.

CAP. IX.

Quieſcentes Supernae.

SUpernas dicimus quae aliis infra ſe poſitis ſuper incumbunt.

Unica eſt littera ར་ *ra*, quae alteri quaſi per *inſitionem* in parte illius ſuperna infixa adhaeret.

haeret. Huius exemplum habes in རྕ་. Capitulum enim, quod ſupra ſe gerit ཅ *cia*, ipſum tibi demonſtrat ར་ *ra* ſupernum.

ར་ *ra* ſuperne inſitum ſaepenumero quieſcit, & quidem ར་ *inſititium* poſt ར་ *ra* mobile, & expreſſum, tum ad concurſum ར་ gemini, tum ad cacophoniam fortaſſe vitandam, omnino ſilet. Id habes in ཏོར་རྕེ་བརྟེན་ *tor-cie-ten*; neque enim legitur *tor-rcie*, ſed *tor-cie*, ſilente ར་ ſequenti in རྕེ་ *cie*. Nota ར་ primum inſitum in ཏོ་

to,

to, quod mutum pariter manet.

At poſt vocalem pronunciari ſolet; quemadmodum fit in ཏོ་རྩེ་བྲགས་ལྡན་ *to-rce-tra-den*, *to-rce* inclitus, & famoſus: ubi ར་ ſecundum inſertum རྩེ་ *rce* pronunciatur, quieſcente primo in ཏོ་ *to*. Sic ར་ poſt *u*, ſonantem faciunt Tibetani, unde eſt ཨུ་བཀྱེན་ *Ur-kjen* magiae parens.

ར་ *Ra* in *kja* ཀྱ་ fere ſemper quieſcit; & non raro etiam exprimitur, uti jam vidimus in ཨུ་བཀྱེན་ *Ur-kjen*. ར་ *ra* ſupra ཉ་ *gnia* poſita paſſim effertur, diciturque རྙ་ *r-gnia*: ར་ *ra* vero

ro cum ཡ *jata* ſubſcripto ubique ſilet, quod iam noſti ex ſyilabario *Jatatarum* Cap. V.

Alterum eſt quieſcientium ſupernarum genus, quae in *columnato* ordine litterarum, veluti *ſcapi* locum obtinent. Solent enim duas frequentiſſime, quandoque vero tres, pluresque litteras in columnae formam erigere ſub una vel conſona cum *a* congenito, vel vocali; e. g. སྨོན་ལམ་ *mon-lam*, precatio: སྦྲུལ *prul*, ſerpens: སཾ་ཏ་བུད་ *ſam-ta-put-trah*,

ད ད
ྲ
ཿ

litterarum, & ſcientiarum pater, & magiſter. Satis tamen erit, ſi Tirones addiſcant probe legere, & pronunciare ſimpliciores ordines duabus conſtructos litteris. Quamobrem, ubi in hunc modum erectas viderint binas conſonantes, intelligant eam, quae infra iacet, conſiderari tamquam *baſim*, quae vero ſupra tamquam *ſcapum*.

Columnares ſupernae ſolent eſſe hae: ཁ་ *kha*, ཀ་ *ka*, པ་ *pa*, ཟ་ *ſa*, ར་ *ra*, ལ་ *la*, ས་ *ſa*. Quamquam & ipſae infra ponantur, crebroque in loco baſis ſubſiſtant. Sequens Tabula clarius demonſtrabit, ut ex allatis exem-

exemplis collegimus, ſupernas perpetuo quieſcere, eaſque ſolas pronunciari, quae infra poſitae *baſim* conſtituunt. Ab hac tamen regula excipiendae ſunt ſupernae illae, quae pro baſi habent aſpirationis notas ལ་, & ཧ་; tunc enim ſupernae proprium ſonum retinent cum aſpiratione coniunctum.

Tabula ſupernarum quieſcentium.

ཀླ་ Lha	གླ་ la	བླ་ la
ཟླ་ la	རླ་ la	སླ་ la
ལྐ་ kha	ལྒ་ ka	ལྔ་ ngha
ལྕ་ ciha	ལྗ་ cia	ལྟ་ tha

ལྡ da	ལྤ p-ha	ལྤ pa
ལྷ lha	སྐ kha	སྐ ka
སྔ nga	སྙ gnia	སྟ tha
སྟ ta	སྣ na	སྤ p-ha
སྤ p ha	སྤ pa	སྨ ma
སྩ tzha	སྫ tza	སྐྲ trha
སྒྲ tra	སྤྲ p-hra	སྦྲ pra
སྨྲ mra	སྣྲ nra	སྐྱ khja
སྐྱ kja	སྒྱ cihja	སྦྱ cihja
སྒྱ cja	སྨྱ gnja.	

Dialectus rudis, & impolita Regni Kombò tum ར *ra* ſuperne inſitum, tum reliquas omnes

omnes litteras in columnaribus pronunciare ſolet; ſed mos iſte a Lhaſſenſibus Tibetanis, tamquam incultus, & barbarus irridetur.

CAP. X.

Syllabae traduntur Diſelcè, Triſelcè, & Quadriſelcè.

EXplicatis iis, quae ad monoſyllaba pluribus contexta conſonis rite pronuncianda neceſſaria cum primis erant, difficile non erit multarum litterarum nexus, omniumque *decompoſitarum* ſyllabarum ſonos ad regulam oris Tibetani proferre, dummodo illud ſemper prae oculis habeatur, ubi-

nam vel *a* congenitum, vel vocalis in conſonantibus ſedeat. His enim quaſi certis indiciis monemur, reliquas omnes ſive praeeuntes, ſive ſequentes aut quieſcere, aut elidi, aut aſpirari oportere. Accipe nunc *compoſitarum*, & *decompoſitarum* ſyllabarum ſpecimina, quorum primum ſit

Syllabarium Diſelcè.

ཁང་ khang	ཁུན་ khun
ཁུབ་ khub	ཁོང་ khongh
ཁཔ་ khap	ཁིར་ khir &c.

Syllabarium ex Triſelcè expanſis.

བཁོས་ kho	བཁད་ khe

དཀར་ khar	བཁུན་ khun
བཀལ་ khel	བཀོའ་ khoh &c.

Syllabarium ex Triſelcè columnaribus, & expanſis.

ཟླུས་ luh	ཟླག་ lah
ཟློག་ loh	ཟླམ་ lam
སྐག་ kah	སྐེན་ kren &c.

Syllabarium Quadriſelcè.

བསྐོས་ kho	བཀོགས་ khoh
སྐངས་ khap	གདགས་ ngah
བསྒལ་ nghel &c.	

Cetera quiſque his tantulis exemplis inſtructus facile componet.

 CAP. XI.

CAP. XI.

De vocibus homophonis in Tibetana Dialecto.

VOces, quae ſunt inter ſe pronunciatione ſimiles, graece *homophonas* dicere libuit. Augent hae non ſolum in ſcribendo, aut legendo, ſed etiam in ipſo loquendi uſu difficultatem linguae. Fit enim ſaepiſſime, ut auditores decepti ſimilitudine, & uniformitate vocabulorum, loquentis ſenſum aut percipere ulla ratione nequeant, aut aliud quiddam, quam quod is ſignificare velit, intelligant. Ob eam cauſſam in ipſo quoque

po-

populari ſermone coguntur aut micantibus digitis indicare, aut ſtilo quandoque humi in pulvere, quandoque in parietibus, chartaque ipſa litteras omnes inſcribere, quibus nomina quaevis propria inter ſe mutuo diſtinguuntur.

Sunt autem voces iſtae *homophonae* frequentiſſimae. Nulla vero aptiori via novum hoc, & fere quotidianum incommodum evitare poteris, niſi comparatis *Indicibus*, quibus ſtatim in promptu habeas nomina iſta ſimilia, in ſuas quaeque claſſes diſtributa, ſuiſque litteris exarata.

En quale ſit huiuſmodi Tabularum exemplum.

ང་ *Ngha*, ego.

རྔ་ *ngha*, tympanum.

ངག་ *ngha*, ſermo, idioma.

སྔགས་ *ngha*, magia.

དབུ་ *v*, caput.

དབུས་ *u*, centrum.

མཆོག་ *Cio*, Deus.

ཆོས་ *cio*, lex.

སྤྱོད་ *cjo*, opus, factum.

སྟུ་ *tu*, mola,

བདུག་ *tu*, daemon.

བཅུ་ *cihu*, decem,

ཆུ་ *cihu*, aqua.

ཕྱག་ *cja*, (*lingua litteratorum*) manus.

ལྕགས་ *cja*, ferrum.

ཇའ་ *ciah*, thea herba.

དཔལ་ *p-hel*, excellens.

ཕལ་ *p-hel*, multus.

བ་ *pa*, vacca.

རྦ་ *pa*, fluctus.

སྦ་ *pa*, latibulum.

དབའ་ *pah*, potentia.

ཉ་ *gnia*, piſcis.

སྙ་ *gnia*, cervix.

ཀླུ་ *lhu*, ſerpens.

རླུ་ *lhu*, altus, ſublimis.

ལུ་ *lu*, corpus.

ལ་ *la*, articul. *dat.*, & *acc.*, inſerviens, & praepoſit. *in*.

ཀླ་ *la*, ſubiectus.

ལག་ *lah*, manus, cubitus, *lingua populari*.

ལྷ་ *Lha*, Deus, Divus, Beatus.

གདོང་ *tongh*, facies.

སྟོང་ *tongh*, mille.

སྒོ་ *ko*, porta.

བསྒོས་ *ko*, electus.

དགྲ་ *tra*, inimicus.

སྒྲ་ *tra*, vox.

ཁྲགས་ *tra*, ſanguis.

CAP. XII.

De Magicis Characteribus, eorumque figura.

MAgicis ſuperſtitionibus, & horrificis incantationum, praeſtigiarumque artibus quantopere addicti ſint Tibetani, ex eo in primis coniicere licet, quod ſectatores ཨུ་ཨཀྱན་ *Ur-*

Ur-kjeni, magiae patris, publicas ſcholas huius nefariae artis habent in principali urbe *Lhaſſa*, eaſque in Coenobiis མོ་རུ་རྒྱུ་པ་ *Mo-ru-kju-pà*, & ར་མོ་ཆེ་རྒྱུ་སྟོ་པ་ *Ra-mo-ce-kju-to-pà* nuncupatis ſedulo frequentant. Hic incantationes , veneficia , & necromantiam , omniaque tradunt , & addiſcunt inferorum arcana, de quibus agit ſacer illorum Codex བཀའ་འགྱུར་ *khah-ghiur* in ea parte, quae inſcribitur རྒྱུད་སྟེ་ *kju-tè*. His in Scholis falſae, ac teterrimae huius ſapientiae myſteriis initiati auditores, magica laurea ſolemniter

ter decorantur, & སྔགས་རམས་པ *ngha-ram-bà*, Magiae Doctores renunciati, publicam aquirunt facultatem inſtruendi, & laurea decorandi ceteros.

Habent & ipſi peculiares characteres, quibus utuntur in ſortilegiis ſuis, quarum figuram, vim, ac poteſtatem zelotypia, ac religione ſumma cuſtodiunt, ne adverſantibus huic diabolicae profeſſioni ullo umquam tempore innoteſcant.

Ad Magiae nomen, eiuſque characteres Chriſtianae aures perhorreſcerent, riderentque Philoſophi, & iure quidem, meritoque, ſi de abditis exſecrandae huius artis praeceptis age-

agere nunc nobis mens eſſet; ſed cum characteres iſti nomine tenus Magici audiant, ac etiam litteratis viris communes ſint, & iis promiſcue utantur una cum maioribus *Ucen* tum in peregrinis vocibus, tum in quibuſdam precationum formulis conſcribendis; imo etiam ex ſacro ipſo Tibetano Alphabeto artificioſe deducti videantur, ne nobis prorſus incomperti credantur, neve aliquam huius Alphabeti partem intactam relinquamus, eorum quoque figuras, & nomina heic trademus:

ཐ་ tha	ཋ་ tha	ཏ་ ta
ན་ na	ཤ་ ſcia	ཉེ་ njeè

ཁ་ khah ཚ་ tzhah ཐ་ thah

ཏ་ tah པ་ pah ཤྲ་ ſcra.

Omnia iſta Elementa *ngha* magica admittunt tum ſupra, tum infra ſe eas omnes & notas, & vocales *cihangh*, & *Selcè*, quas admittunt maiora *Ucen*.

Ubi vero & in ipſo orationis contextu *magici* potius, quam *legales*, & *litterarii* characteres ſint uſurpandi, ſciunt *Ngharambae*, & alii doctores ex magno *Khah-nghiur*, nempe ex ea legis parte, qua de སྔགས་ *ngha*, ſeu Magia latiſſime agitur. Amanuenſes vero idipſum norunt tum ex ſecretis eius ar-

tis iam cognitis, tum ex arcanis nominibus in ore vulgi, & in ipſa populari ſuperſtitione paſſim receptis, ac uſurpatis. Cum autem uſus eorum ſit nobis penitus incompertus, ideo nihil eſt, cur de *magicis* hiſce litteris plura loquamur.

CAP. XIII.

Alphabeti Tibetani Litterae ad Latinas accomodantur.

CUm magnae utilitatis, & adiumenti ſit ad Tibetanae linguae elementa percipienda eorum figuras ſub notis, & domeſticis Latinarum litterarum imaginibus cognoſcen-

ſcendas ſuppeditare; ideo ad huius Alphabeti complementum, & ad maius Tironum commodum, hic Latinas cum Tibetanis litteris comparabimus.

Advertendum tamen eſt, cum quilibet Tibetanus apex ſuum habeat peculiarem ſonum, ſuamque poteſtatem, litterarum proinde Tibetanarum poteſtatem in unius tantummodo ſoni aequipollentia Latinarum poteſtati aſſimilari.

Verum cum quaedam litterae Tibetanae nullam habeant ſimilitudinem ſoni cum Alphabeti Latini litteris, ideo in duplici differentia ſunt conſide-

randae. Cuiuslibet Tibetanae litterae poteſtas etſi ob congenitam vocalem *a* pluribus ſcribatur litteris Latinis, tamen ſonus eius reſpondet ſono, & poteſtati ſimplicis litterae Latinae, qua perſcribitur, ut ཁ *kha* reſpondet *k*, ཆ *ciha* reſpondet *c*, & ſic de ceteris huius naturae. Aliae tamen ſunt, ad quarum circumſcriptionem praeter congenitam *a* plures requiruntur Latini apices, & tunc non unius tantum litterae, ſed plurium litterarum La-narum ſimul copulatarum aequipollentiam importat, ut ཉ *gnia* aequivalet *gn*, ཤ *ſcia* *ſc*, &c., quod clarius apparebit ex

ex ſequenti Tabula, in qua hinc erunt *Latinae*, hinc *Tibetanae* litterae ea arte diſpoſitae, ut *ſecundae* reſpondeant *primis*.

Lat. *Poteſtas.*	*Tibet.* *Figura.*	*Nomen.*
A	ཨ་	*Aa*
B	འབ་	*Ba*
C	ཙ་	*Ciha*
C	ཚ་	*Ciha*
C	ཇ་	*Cia*
D	མད་	*Da*
D	འད་	*Da*
D	ལྡ་	*Da*

Lat. Poteſtas.	*Tibet* Figura.	Nomen.
E	ེ	*Drengbù*
F	ཕ་	*Ph*
G	མཇ་	*Gia*
G	འཇ་	*Gia*
G	ལྗ་	*Gia*
G	འག་	*Ga*
G	འམ་	*Ga*
Gn	ཉ་	*Gnia*
H	འ་	*Ha*
H	ཧ་	*Ha*
I	ི	*Kikù*

Lat. Poteſtas.	*Tibet.* Figura.	Nomen.
J	ཡ་	*Ja*
K	ཀ་	*Kha*
K	ཁ་	*Kha*
K	ག་	*Ka*
L	ལ་	*La*
M	མ་	*Ma*
Ng	ང་	*Ngha*
N	ན་	*Na*
O	ོ	*Narò*
P	པ་	*P-ha*
P	ཕ་	*P-ha*

Lat. Poteſtas.	*Tibet.* Figura.	Nomen.
P	པ་	*Pa*
Q	ཀུ་	*Ku*
R	ར་	*Ra*
S	ཟ་	*Sa*
S	ས་	*Sah*
Sc	ཞ་	*Scia*
Sc	ཤ་	*Scia*
T	ཏ་	*Tha*
T	ཐ་	*Tha*
T	ད་	*Ta*
Tz	ཚ་	*Tzha*

Lat. Poteſtas.	*Tibet.* Figura.	Nomen.
Tz	ཚ	*Tzha*
Tz	ཛ	*Tza*
U	ུ	*Sciapkiù*
V	ཝ	*Vua*
X	ཤ	*Xa*
Z	མཛ	*Za*
Z	འཛ	*Za.*


CAP. XIV.

Vulgaris, minoriſque ſcripturae characteres exhibentur.

PRaecepta omnia, quae de ſcribendi, legendique ratione

tione huc uſque tradidimus, communia ſunt དབུ་ཅན་ *Ucen*, perinde ac དབུ་མེད་ *Umin*, uti vocantur, litteris.

Umin autem, ideſt non capitales, quemadmodum diximus Cap. I., minores ſunt characteres, quibus in familiaribus ſcribendis epiſtolis, in ſyngraphis, in rationariis, in populari denique negotiorum, rerumque domeſticarum tractatione utuntur. Nunc vero nil aliud ſupereſt, quam ut eorum figuras tradamus, quas adnexa Tabula exhibebit.


CONSONÆ MINORES SIMPLICES.
Kha Kha Ka Ngha.
Ciha Ciha Cia Gnia.
Tha Tha Ta Na.
Pah Pah Pa Ma.
Tzha Tzha Tza Wa.
Sciha Sa Ha Ja.
Ra La Scia Sha.
Ha Aa
VOCALES.
E I V O.
CONSONÆ MINORES COMPOSITÆ.
Khe Khi Khu Kho.

CAP. XV.

Notae arithmeticae, & nomina numeralia Tibetanorum.

NUmerorum figurae, quibus utuntur Tibetani, ad Arabicas accedere videntur; ac ſimilis pene formae notas adhibent Perſae. An ab Indis primū inſtitutae fuerint, & ab iis deinde ad Arabas, ad Perſas, ad nos, aliaſque gentes derivarint, ſicut Viri docti exiſtimarunt, noſtrum non eſt hic diſſerere, ſed tantum figuras, & nomina ad Tironum inſtructionem praebere hoc loco nunc nobis mens eſt; ideoque ponimus ſimul e regione notas, quas Arabicas vocamus.

Fi-

Figura.	*Nomen.*	*Valor.*
༡་	Cihk	1.
༢་	Gni	2.
༣་	Sum	3.
༤་	Sghi	4.
༥་	Ngha	5.
༦་	Truh	6.
༧་	Thun	7.
༨་	Kje	8.
༩་	Kù	9.
༡༠་	Cihu-tam bha	10.
༡༡་	Cihu-cihk	11.
༡༢་	Cihu-gni	12.

Figura.	*Nomen.*	*Valor.*
༡༣་	Cihu-ſum	13.
༡༤་	Cihu ſgi	14.
༡༥་	Cihu-ngha	15.
༡༦་	Cihu-truh	16.
༡༧་	Cihu-tun	17.
༡༨་	Cihu-kje	18.
༡༩་	Cihu-kù	19.
༢༠་	Gni-cihu-tam-bha	20.
༢༡་	Rgnie-cihk	21.

Adde ཉེར་ *Rgne* reliquis primae decadis, & ſic deinceps in ſequentibus.

Figura.	*Nomen.*	*Valor.*
༣༠	Sum-cihu-tamb-bha	30.
༣༡	So-cihk	31.
༤༠	Sgi-cihu-tam-bha	40.
༤༡	Sgen-cihk	41.
༥༠	Ngha-cihu-tam-bha	50.
༥༡	Ngha-cihk	51.
༦༠	Tru-cihu-tam-bha	60.
༦༡	Re-cihk	61.
༧༠	Tun-cihu-tam-bha	70.
༧༡	Ton-cihk	71.
༨༠	Kje-cihu-tam-bha	80.
༨༡	Kje-cihk	81.

Figura.	*Nomen.*	*Valor.*
၉၀'	Ku-cihu-tam-bha	90.
၉၁'	Ko-cihk	91.
၁၀၀'	Kja-tam-bha	100.
၁၀၁'	Kja-cihk	101.
၁၁၀'	Kja-cihù	110.
၁၁၅'	Kja-cihu-ngha	115.
၁၀၀၀'	Tongh-prah	1000.
၁၁၀၀'	Tongh-prah-tangh-kja	1100.

CAP. XVI.

Exercitatio lectionis ad traditas Alphabeti Tibetani regulas inſtituenda.

UT facilius Tirones memoriae tradere queant, quae hucuſque diximus de Tibetano Alphabeto, ad eorum exercitationem, hic Chriſtianae, & Orthodoxae profeſſionis Signum, quotidianas preces, Fidei Symbolum, atque Praecepta Decalogi legenda proponemus, triplici characterum ordine diſpoſita. Primo enim voces Tibetanas ſuis propriis apicibus ſcriptas; ſecundo eaſdem voces Latinis characteribus expreſſas; tertio de-

denique voces Latinas Tibetana dialecto accommodatas exhibebimus.

SIGNUM S. CRUCIS.

༄༅། རང་གྲུབ་ ཡབ་ དང་

Rangh- trup Jap, tangh
Seſeipſo exſiſtentis Patris, &

སྲས་དང་ སངས་རྒྱས་ ནམ་དག་

Sre, tangh Sangh kje Nam-ta-
Filii, & Sancti Spiritus

ཁྲི་ མཚན་ དུ།

khi Tzen tu.
Nomine in.

དེ་ལྟར་ཡིན་པ་ཡིན།

Tethar-in- bha- in.
Amen.

ཡེ་ཛུ་ཀྲི་སྟོ་ཡི་རང་ཞལ་ནས་

Jeſu Khriſtho ji rangh ſcel ne
Jeſu Chriſti proprio ore

བསླབ་པའི་སྨོན་ལམ་།

lap- behi Mon-lam.
tradita Oratio.

༄༅། ངེད་རྣམས་ཀྱི་ཡབ་ནམ་

Nghe-nam khji Jap Nam-
Noſtrum Pater Cae-

མཁའི་ཀློང་ཏུ་བཞུགས་པའི།

khei longh tu ſgiu- bhehi.
lis, qui in ſedes.

ཁྱེད

ཁྱེད་ཀྱི་ མཚན་ཐམས་ཅད་ནས་

Khje-khji Tzen tham- cieh ne
Veſtrum Nomen omnibus ab

སངས་རྒྱས་པར་འགྱུར། ཁྱེད་ཀྱི་

ſangh - kje - bare ghjur . Khje-khji
ſanctificatum ſit . Veſtrum

ཡུལ་ཁམས་འབྱོན་པར་ཤོག།

Jul- kham giom-bhare- ſciô .
Regnum cito veniat .

ཁྱེད་ཀྱི་ ཐུགས་འདོད་ཇི་ལྟར་ནམ་

Khje-khji Thu- do ci-thar Nam-
Veſtrum voluntas ſicut Cae-

མཁའ་ལ་དེ་ལྟར་འཇིག་རྟེན་དུ་

khah la te-thar Giĸ- then tu

lo in, ita Mundo in

མཛད་པར་འགྱུར། ཉིན་རེ་བཞིན་

tze- bhare ghiur. Gnin-re-ſcin

facta ſit. Quotidianum

ངེད་རྣམས་ཀྱི་སྤྱའ་ལབ་དེ་རིན་

nghe-nam khji pah- leb te-rin

noſtrum panem hodie

ངེད་རྣམས་ལ་གནང་བར་མཛོད་

nghe-nam la nangh-vare tzo-

nobis datus ſit faci-

བ་དང་། ཇི་ལྟར་ངེད་རྣམས་ཀྱིས་

bha tangh. Ci-tar nghe-nam khji

te & . Sicut nos

ངེད་ ཀྱི་ སྤུས་ ལོན་ མཁན་ ལ་

nghe khji pu- lon- khen la

noſtrum debitoribus

བཟོད་ པས་ བྱེད་ ད་ལྟར་ ངེད་

zo- bhare- cje, te-thar nghe-

condonamus , ita no-

རྣམས་ལ་ངེད་ཀྱི་སྤུས་ལོན་མཛོད་

nam la nghe-khji pu-lon zo-

bis noſtrum debita con-

བར་མཛོད་པ་དང། ངེད་རྣམས་

bhare-zo- bha tangh. Nghe-nam-
donate &. Nos

ལ་ཁྲུལ་བ་འབྱུང་བའི་མ་བཏང་

la khjul-va ghjungh-vei ma thangh-
tentationi fiat ne expo-

བར། མ་ཟད་ངེད་རྣམས་མི་

vare. Ma-ſe nghe-nam mi-
natis. Sed nos ma-

ལེགས་པ་ལས་སྒྲོལ་བར་

le- bha le trol- vare-
lo a libera-

མཛོད། དེ་ལྟར་ཡིན་པ་ཡིན།

tzo . Te-thar jin-bha-jin .

te . *Sic fiat .*

AD VIRGINEM DEI GENITRICEM MARIAM.

ཨན་འཇེ་ལོ་ཡི་ཕྱག་ཕེབས།

An- gje- lo ji Ciha-pheb .

Angeli *Salutatio .*

༄༅། མ་རི་ཡ་ལ་ཕྱག་ཕུལ་

Maria la cjha- phul

Maria *ave*

ཐུགས་རྗེས་ གང་བ་ ཁྱེད་དང་

thu- rcè kangh-va khje-tangh

gratia plena vobiſcum

མཉམ་དུ་དཔོན་པོ་ཡོད། ཁྱེད་

gniam-tu Phon-bho jò. Khje-

ſimul Dominus eſt. Mu-

མན་ཀྱི་དབུས་སུ་ཁྱེད་ཀྱི་བརླབས་

men-khji U- sù khje-khji lap-

lieres inter vos bene-

ཅན་ཡིན་པ་དང་། ཁྱེད་ ཀྱི་

cihen jin bha tangh. Khje-khji

dicta evaſiſti &. Veſtrum

སྦྲུམས་

ལྷུམས་ཀྱི་འབྲས་བུ་ཡེ་ཟུ་བྱིན་

Lhum khji bre- pu Je- ſu cjin-

Ventris fructus Jeſus bene-

བརླབས་དང་ལྡན་པ་ཡིན།

lap tangh den-bha jin .

dictus etiam ſit .

སངས་རྒྱས་ཤིན་ཏུ་ཆེན་མོ་མ་

Sangh- kje Scin- tu- ciehn-mo Ma-

Sancta Puriſſima Ma-

རི་ཡ་རང་གྲུབ་དཀོན་མཆོག་གི་

ria rangh-trup Khon-cihoà ki

ria ſeſeipſo exſiſtentis Dei

ཡུམ་

ཡུམ་ཀྱིས་ངེད་རྣམས་ཀྱི་སྡིག་པ་

Jum- kji nghe-nam kji tik- pha-
Mater nobis ipſis pecca-

ཅན་གྱི་དོན་དུ་ད་ལྟ་དང་འཆི་

cihen kji ton-tu ta- da tangh cih-
toribus pro nunc, & mor-

བའི་དུས་སུ་སྨོན་ལམ་ཐོབ།

vehi tu- ſu mon-lam thop.
tis tempore preces facite.

དེ་ལྟར་ཡིན་པ་ཡིན།

Te-thar jin-bha-jin.
Ita fiat.

SYMBOLUM FIDEI.

ཡེ་ཟུ་ཁྲི་སྟོ་ ཡི་ཆོས་ཀྱི་སྡུ་བས་

Je-ſu Khriſtho ji ciho khji Tu-ve-

Jeſu Chriſti legis Symbolum

དེའི་ ཨ་པོ་སྟོ་ལི་ ནས་

thehi Apo- ſto- li ne

ſicut Apoſtoli

བཛོམས་བས།

tzhom- bhe .

tradiderunt .

༄༅།། རང་གྲུབ་ དཀོན་མཆོག་

Rangh-trup Khon-cihoà

Seſeipſo exſiſtentem Deum

ཕབ་

ཡབ་ ཐམས་ ཅད་ ནུས་ པ་ ནམ་
Jap tham- cieh- nu bha Nam-
Patrem omni- potentem , Cae-

མཁའ་ དང་ འཇིག་ རྟེན་ གྱི་ མཛད་
khah tangh Gik- then kji Ze-
li , & Mundi Crea-

པ་ པོ་ལ་ ང་ ཡིས་ཡིད་ཆེས་ ཀྱི་
bha-bho la ngha ji- je- cieh khji
torem in ego firmiſſimam

དད་པ་བྱེད་པ་དང་། ༡་ དེའི་
Te-pah cje-bha tangh . Tehi
Fidem teneo & . 1. Eius

སྐུས་

སྲས་ གཅིག་ པོ་ ཡེ་ སུ་ ཀྲི་སྟོ་ ལ་

Sre cihk- pho Jeſu Krhi-ſtho la

Filium unicum Jeſum Chriſtum

ངེད་ རྣམས་ ཀྱི་ དཔོན་ པོ་ རིན་ པོ་

nghe-nam khji Phon- bho rin-bho-

noſtrum Dominum maxi-

ཆེ་ ། ༢་ འདི་ རང་ གྲུབ་

cihe. Di rangh-trup

mum. 2. Qui ſeſeipſo exſiſtentis

སངས་ རྒྱས་ རྣམས་ དག་ སེམས་

Sangh- kje Nam- tà ſem-

Sancti Spiritus vivifi-

ཀྱི་

ཀྱི་ནུས་པས་འཆགས་པ་ཡིན་

khji nu- bhe cihak- bha jin-
cantis virtute conceptus

པས་ཤིན་ཏུ་དྲི་མ་མེད་པའི་བུ་

bhe ſcin-thu trhi-ma me bhehi Pu-
fuit, puriſſima ſine macula Vir-

མོ་མ་རི་ཡ་ནས་འཁྲུངས་པ་

mo Maria ne trhunhg bha
gine Maria ex natus

ཡིན། ༣་ ཕོན་ཛེའོ་པི་ལ་ཏོ་ཡི་

jin . Phon-ciho Pilato ji
eſt. 3. Pontio Pilato

འོག་

འོག་ཏུ་སྡུག་བསྔལ་ཚོར་བས་

ho- tu tu- gniel tzor- ve

ſub tormenta paſſus

ཀྱ་ཁྲམ་ཀྱི་དབུས་སུ་གཞགས་

Kja-tram kji u- sù giak-

Crucis medio infi-

པས་འཆི་བ་དང་རོ་ཁང་ལ་

bhe cih- va tangh ro-khangh la

xus, mortuus & ſepulcro in

བཞགས་པ་ཡིན། ༄ དམྱལ་

ſgiak- bha in . *Gniel-*

clauſus eſt. 4. *Infe-*

པར་

པར་ཕེབས་པས་ཞག་གསུམ་

vare pheb- bhe ſcia ſum-

ros adiit, die ter-

པ་ལ་གསོན་པོར་བྱུང་

bha la ſon- bhor cjungh-

tio in vivus reſurre-

བས། ༥ ནམ་མཁའ་རྣམས་ཀྱི་

ve . Nam-Khah-nam- κji

xit . 5. Caelos Caelorum

སྟོད་དུ་གཤེགས་པས་རང་

longh-tu ſcengh- bhe rang-

ſupra aſcendit ſeſeipſo exſi-

གྲུབ་

སྒྲུབ་ དཀོན་མཆོག་ཡབ་ཐམས་
trup Khon cihoà Jap tham-
ſtentis Dei Patris omni-

ཅད་ ནུས་ པའི་ གཡས་ སུ་
cieh nu- bhei je- ſu
potentis dextera in

བཞུགས། ༦ དེ་ནས་ གསོན་ པོ་
ſciu. Te-nè Son- bho
ſedet. 6. Inde vivos,

དང་ གཤིན་ པོ་ ཞལ་ བཅོག་ པ་
tangh ſcin- bho ſcel- ciho- bha
& mortuos indicaturus

ཕེབས་པ་ཡིན། ༧ རང་

pheb- bha-jin . Rangh

veniet . 7. *Seſeipſo*

གྲུབ་ སངས་ རྒྱས་ རྣམ་ དག་

trup Sangh- кje Nam- ta-

exſiſtentem Sanctum Spiritum vivifi-

སེམས་ལ་དང་། ༨ དམ་པའི་

ſem la tangh. Tam-bhei

cantem in &c. 8. *Univerſalem*

དད་པ་ཅན་ སྡུས་པས་ སྐྱེ་ དང་།

Te p-ha-cihen Tu- bhe cji tangh.

Fidelium Congregationem piam &c.

སངས་རྒྱས་ཐམས་ཅད་ཀྱི་སྔོས་

Sangh- kje tham- cihe khji ngo-
Sanctorum omnium communio-

པོ་དང་། ༩་ སྡིག་པ་བྱང་བ་

po tangh. Tik- p-ha cjengh-ba
nem &. 9. *Peccatorum remiſſionem*

དང་། ༡༠་ ཤིར་གསོན་བྱུང་

tangh. Scih- ſon cjungh-
&. 10. *Mortuorum reſurrectio-*

བ་དང་། ༡༡་ ཚེ་ཚད་མེད་

ba tangh. Tzhe-tzhe me-
nem &. 11. *Vitam ſempiter-*

པ་ལ་ང་ཡིས་ཡིད་ཆེས་ཁྱི་

bha la ngha ji- jie cihe khji

nam in ego firmiſſimam

དད་པ་བྱེད་པ་ཡིན། ༡༢

Te-pha cje-bha jin.

Fidem teneo. 12.

དེ་སྟར་ཡིན་པ་ཡིན།

Te-thar jin- bha- jin.

Ita fiat.

PRAECEPTA DECALOGI.

རང་ ཐྲུབ་ དཀོན་མཆོག་གི་

Rangh- trnp Kon-cihoà ki

Seſeipſo exſiſtentis Dei

བཀའ་བཅུ་ཐམས་པ།

Khah cihu- tham- bha.

Praecepta Decem.

༄༅། ངས་ཁྱེད་ཀྱི་དཔོན་པོ་བདན་

Nghe-khie-kji Phon-bho Ten-

Veſtrum Dominus ve-

པའི་ དཀོན་མཆོག་ཡོད་ང་ མ།

bhei Kon- cihoà jo ngha ma

rus Deus ſum ego. Qui-

 གདོགས་

གཏོགས་ པ་ དཀོན་མཆོག་ གཞན་

toh- bha Kon- cihoà ſgien

buſcumque Diis alienis

ལ་ཕྱག་འཚལ་མ་ བྱེད། ༡་

la cjha- tzel ma cjè .

adorationem non facies. I.

རང་ གྲུབ་ དཀོན་མཆོག་གི་

Rangh- trup Khon- cihoà

Seſeipſo exſiſtentis Dei

མཚན་དོན་མེད་པ་མ་བརྗོད། ༢་

Tzhen ton-me-bha ma cihò .

Nomen in vanum non aſſumes. 2.

དུས་སྟོན་གྱི་ དུས་སུ་

Tu- thon кji tu- sù

Feſtorum dierum tempore in

འཇིག་རྟེན་གྱི་ལས་མ་བྱེད།

gik- then кji le ma cjè.

Mundi opera non facies:

ཆོས་ཀྱི་ལས་དང་ ཐུགས་དམ་

Ciho кhji le tangh thu- tam

Legis opera & integre

བྱེད། ༣

cjè.

facies. 3.

ཕ་ དག་ མ་ལ་སྐུར་ སྟིས་

P-ha tangh Ma la кhur- thi

Patri, & Matri honorem

བྱེད། ༄

cje .

praeſtabis . 4.

སྲོག་ མ་གཅོད། ༄

Sro ma cihò .

Homicidium non committes . 5.

མི་ཚངས་པར་སྤྱོད་མ་བྱེད། ༄

Mi-tzangh bhare-cjho ma cje .

Fornicationis opera non facies . 6.

མ་

མ་ སྦྱིན་པ་ མ་ལེན། རྐུན་ མ་

Ma cjn-bha ma len. Khun ma

Aliena bona non rapies. Furtum non

བྱེད། ༧

cjè .

facies. 7.

རྫུས་མ་དཔང་པོ་མ་བརྗོད། ༨

Tzu-ma pham-bho ma ciho.

Falſum teſtimonium non dices. 8.

གཞན་གྱི་ སྐྱེད་མན་ སེམས་ ལ་

Sgien кji Khje-men ſem la

Aliorum Mulierum corde in

མ་

མ་བཞག ། ༨་

ma ſgiha .

non induces . 9.

གཞན་གྱི་ནོར་སེམས་ལ་མ་

Sgien кji nor ſem la ma

Aliorum res corde in non

བཞག ། ༡༠་།

ſgia .

pones . 10.

FINIS.